This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
Q.L
S73

A 468844 DUPL

M. FABII QUINTILIANI

DE

INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI DUODECIM.

EDITIONIS SPALDINGIANAE

VOLUMEN V.

SUPPLEMENTA ANNOTATIONIS ET INDICEM

CONTINENS

CURAVIT

CAR. TIMOTH. ZUMPTIUS.

LIPSIAE, 1829.

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

SENI VENERABILI

CAR. AUG. WILH. SPALDINGIO,

A CONSIL. REG. BORUSS. IN REBUS JURIDICIS,

ET

CAROLO CHRISTIANO MUELLERO,

A CONSILIIS REGIS BORUSS. INTIMIS IN ADMINISTRANDA JUSTITIA,
EQUITI ILLUSTRI CET.

S. D. P.

CAR. TIMOTH. ZUMPTIUS.

Redeunt ad Vos, Viri eximii, hae reliquiae, e quorum domo exierunt: neque ad quemquam mortalium justius pertinent, quam ad Vos, quibus et sanguinis et affinitatis artissima conjunctione memoria beati Spaldingii imprimis cara est. Earum colligendarum et adornandarum curam scitis a me susceptam esse, postquam Phil. Buttmannus, quem nunc item ultima sors ex hoc familiari coetu in illum divinum avocavit, ei negotio, absoluta textus recensione, amplius operam dare noluit: sed ne ego quidem sustinuissem, nisi et Spaldingii Vestri manibus, et Vobis ipsis, Viris amicissimis, gratum me facturum sperassem. Quorum quamvis industria in alio genere studiorum palam versetur, dubito tamen num cui hominum liberali quodam amore bonarum litterarum omnium cedatis, siquidem et Tu *Spaldingi*, candidissime senex, otium,

quod Tibi meritissimo contigit, etiamnunc in diligenti omnis historiae tractatione consumis, cujus singularis scientiae illustre olim documentum publice dedisti, et Tu, *Muellere*, Vir Juris peritissime, maximarum rerum curas poëtarum Graecorum et Romanorum assidua lectione exhilaras, ambo insigni prorsus exemplo morum gravitatem cum litterarum jucunditate miscetis. Sed verendum mihi est, ne modestiae Vestrae injuriam faciam, si plura de laudibus Vestris, quamvis libenter in ea re commorer, adjungere velim: tantum concedatis quaeso, ut exteri, in quorum manus hic liber venerit, intelligant, causam mihi dupliciter justam fuisse, cur eum Vestro nomini inscripserim. Nam Vos rectissime intelligitis, cum Quintilianus nobilissimae olim artis nec hodie inutilis nobilissimum compendium scripserit, in quo nullam partem bonarum litterarum omiserit, bene de ipsis illis litteris mereri, qui in eo et emendando et illustrando operam collocent. Quodsi uno quasi conspectu et cum majore oblectatione Vestra cognoscere voletis, quid ad eam rem, quae nobis proposita fuerit, hac ultima Spaldingii Vestri et mea opera profectum sit, paulisper expectate, dum Vobis textum Spaldingianum ex hac observationum silva denuo correctum obtulero. Valete, Viri optimi, meque, ut facitis, amare pergite.

Scripsi Berolini Id. Jul. 1829.

PROOEMIUM.

Supplementa operae suae in Quintiliani Institutione oratoria et emendanda et explicanda positae ipse Spaldingius conficienda sibi esse statim post editos aliquot libros intellexit, et auctis subinde copiis, cum ejus rei manifestior fieret necessitas, promissum renovavit: verum immatura morte oppressus non modo supplementorum colligendorum, sed etiam integri operis absolvendi curam aliis reliquit. Et hanc quidem partem operis derelicti Philippus Buttmannus, quo, dum in vivis erat, familiarissime usus erat Spaldingius, absolvit; quae supererat, longe eam quidem utiliorem litteris, quam jucundiorem, postquam Aug. Wolfius, in schola provinciali Portensi professor meritissimus, deposuit, ego mihi demandari passus sum, motus et Buttmanni auctoritate et Spaldingianae memoriae caritate. Quae impedimenta occupationum mihi acciderint, quominus id, quod semel suscepissem, in summa faciendi voluntate, statim effectum darem, et mihi molestum est dicere, nec refert aliorum scire: solvi nunc tandem nomen et juvat oblivisci, quantum curae et laboris, quantum etiam taedii

tum mihi, tum duobus juvenibus, Frid. Sandero et Ed. Bonnello, exhauriendum fuerit, ut ad hasce epulas instructas litterarum Romanarum studiosos invitare possemus. Nam magna me laboris parte industria horum virorum doctorum levavit, quorum Sanderus quidem in tribus primis libris et quarti capite primo, Bonnellus, illius operae successor, in alteris tribus libris usque ad sextum variantes codicum manuscriptorum et editionum veterum scripturas plerasque ita composuerunt, ut firma quasi fundamenta collocarent, quibus ipse possem et reliqua superstruere et judicium adjungere. Et in ea quidem re tam accurate versati sunt, ut, cum denuo congeriem variantium lectionum cum libris olim editis et excerptis manuscriptorum conferre instituissem, pauca corrigenda vel addenda invenerim, quamvis facile esset ut in ejusmodi negotio vel acerrima cura defatigaretur. Itaque non dubito quin, quo rarior hac quidem aetate iis bene merendi de litteris Latinis voluntas est, omnem virorum intelligentium gratiam inituri sint, quae longe omnium jucundissima merces est juvenum altiora petentium.

Sed accuratius explicandum est, quid hoc Supplementorum volumine novoque apparatu ad Quintilianum expoliendum contineatur. Et totum quidem ejus conficiendi consilium inde profectum est, quod Spaldingius primum in opere Fabiano recensendo et illustrando, quo longius procederet, eo plus sibi agendum proposuerat, tum quod gravissima subsidia critica post primum demum alterumque volumen editum ei obtigerant, denique quod ipsi inter edendi moras non exigua observationum copia subnata erat, quas in fine totius operis cum lectoribus communicare vellet.

Nam cum initio plus operae in rebus explicandis, quam in verbis ad criticam veritatis rationem exigendis posuisset, neque omnino studiosis potius harum litterarum quam peritis scribere professus esset: in progressu operis, partim quod incertam textus, qui dicitur, constitutionem melius perspexisset, partim quod auctis copiis etiam hac in re operae sese pretium facturum speraret, coepit magis magisque non ille quidem omittere interpretis officium, sed tamen intentiore cura simul fontes receptae lectionis examinare et judicium liberius ad corrigendum textum adhibere. Itaque in primo volumine variantes scripturas librorum et manu exaratorum et olim impressorum, quas partim alii, et inprimis Burmannus, adhibuerant, partim ipse collegerat, multo parcius commemoravit quam paulatim in altero facere coepit et prorsus fecit in tertio: ut inde nobis necessitas nasceretur, si convenientiam quandam totius editionis efficere vellemus, Spaldingii vestigia legere et repetere, quae ipse tum quidem consulto omiserat, postea omisisse aegre ferebat. Itaque amplam rei criticae materiem congessimus ex editionibus veteribus, Campaniana (1470) Jensoniana (1471) Turvisiana (1482) Locatelliana (1493) Veneta (1494) Aldina (1514) Badiana (1516) Cervicorniana (1521) Sichardiana (1529) Colinaea (1543) Gryphiana (1544) porro Stoeriana, Chouetiana ceterisque recentioribus, et adjecimus quicquid alicujus momenti videretur esse ex Burmannianis et Gesnerianis copiis; item variantes scripturas Guelferbytani et Gothani codicis, quas quidem omisisset Spaldingius: eaque re perfecimus, non solum ut priora volumina ad eandem cum reliquis in hoc quidem genere perfectionem adducerentur, sed etiam textus, qui dicitur, historia quaedam critica demonstraretur. Quin etiam quic-

quid reliquum est veterum editionum libenter in hanc silvam recepissemus, si reperire in his regionibus potuissemus. Apparet autem, Spaldingium, quo certiorem sibi editionis suae, mutatique consilii speciem informasset, eo diligentius veterum librorum testimoniis usum esse, nec prope finem voluminis secundi omisisse nisi aperta menda et inania repetitorum nomina; quocirca illud spicilegium per tertium quartumque volumen, si forte etiamnunc aliquem fructum afferre possit, futuris editoribus reliquimus.

Sed sicut in hac negotii parte nihil nisi vestigia Spaldingii pressimus, et religiosa quadam diligentia, quoniam alieni operis successori non idem licet, quod primo auctori, fortasse nimis largiter, quae nescio an ipse nunc quoque omittere satius putasset, collegimus: ita dubium non est, quin alterum Supplementorum genus insperato gaudio omnes affecturum sit, qui et Quintiliano et litteris Latinis bene cupiant, illud, quod codicum manuscriptorum recens collatorum, quibus ipse Spaldingius longius interim progressus uti non potuit, lectionibus excerptis continetur. Tot enim loci desperati emendantur, tot vulnera cicatricibus dudum obducta reteguntur et certis remediis sanantur, ut nullam adhuc messem uberiorem in Quintiliano obvenisse existimem. Laetatus erat Spaldingius reperta Campani editione, qua nondum ei in primo volumine uti contigit; laetatus erat oblata codicis Turicensis pleniore collatione, cujus variantium lectionum per librum primum et secundum non habuit, nisi exiguum admodum specimen: sed exultasset profecto gaudio, si cum frustra corruptis se Guelferbytani et Gothani codicis scripturis macerasset, in tempore Florentinum librum et praestantissimum omnium Am-

brosianum priorem nactus esset. Verum ille Florentini codicis excerptis demum ab libro VII cap. 6 §. 7 uti coepit, nec Ambrosianum illum antiquissimum, item alterum ejusdem bibliothecae, longe quidem priore deteriorem sed ne sic quidem inutilem, nisi obiter per opportunitatem suscepti in Italiam itineris, dum tertii voluminis editionem parat, inspexit, integram utriusque diversitatem scripturae excerptam paulo ante obitum accepit. Itaque rara admodum et dispersa mentio codicum Ambrosianorum fit per illud volumen, nisi quod est in libro nono aliquanto accuratius Spaldingius comparavit. Ambrosianum I quidem usque ad cap. 4 §. 135, quo loco, compluribus foliis deperditis, optimus ille liber deficit, neque luce sua ante ipsum operis epilogum crassas ceterorum codicum tenebras diffundit. Ambrosianum II usque ad cap. 3 §. 2, ubi interrupto verborum textu lacuna pertinet ad lib. X, 1, 108. Sed ne ab hoc inde loco usque ad lib. XI, 1, 72, ubi denuo hic liber lacunam habet, Spaldingius ejus variantibus lectionibus usus est, praeterquam in illa parte capitis primi libri XI: ab XI, 2, 34 demum, unde redorditur textus, usque ad XII, 6, 5, ubi deficit liber, quascunque sibi collegerat copias, simul omnes paratas habuit.

Hoc igitur negotium illo priore, quod paene totum relegendis ac repetendis iis, quae tum quidem consulto ipse Spaldingius omiserat, continebatur, longe et jucundius et fructuosius fuit, ut codicum Turicensis, Florentini, utriusque Ambrosiani per eas partes, ubi quemque eorum Spaldingius non adhibuisset, vel minus accurate commemorasset, scripturae diversitates colligerentur et cum Spaldingiano textu committerentur. Neque enim haec codicum

excerpta, et, quo primum eorum usque Spaldingius uti coepisset, omittenda fuerunt, sed paene aliquanto longius conferenda; quandoquidem ille, cum initio Quintilianum ad Guelferbytani et Gothani fidem recensere instituisset, etiam cognitis melioribus rei criticae subsidiis, huic tamen quasi vetustae familiaritati honorem habuit, ut advenas non statim pleno, quemadmodum merebantur, amicitiae jure reciperet. Itaque factum videtur, ut, cum Guelferbytani et Gothani varietates religiosa quadam cura enotare pergeret, minus diligens in commemorandis Turicensis et Florentini quamquam longe graviorum librorum, scripturis esset. Cf. quae ad VIII, 1, 16 notavimus.

Atque in hac tota re saepe mihi accidit, ut viri doctissimi cum ingenium et industriam admirarer, tum fortunam conquererer, quod ille, quo non fere quisquam studio doctrinaque paratior ad Quintilianum recensendum accessit, minus plenum laboris sui fructum, certe praesentem, tulit. Nam initio cum fidem suam infidelibus quibusdam ducibus, vetustis editionibus, obstrinxisset, nec haberet nisi paucos manuscriptos eosque deterioris ordinis, tamen sola mentis intentione usus saepissime verum invenit, sed non minus saepe, dum conjecturas laboriose ad illorum ludibria scripturae instituit, operam perdidit, fructuque laboris jucundissimo caruit eo, ut totum sui scriptoris textum ad eam, quam expetebat, constantiae ac veritatis formam exactum videret. Verum progrediente opere magis magisque istis falsae religionis impedimentis sese exsolvit, liberiusque copiis suis non jam ad opinandum quale quidque videretur fortasse fuisse, sed ad tollendam priorum aut levitatem aut negligentiam uti coepit. Apparet etiam, invenisse eum

non codicum manuscriptorum distinctos quosdam ordines, ad quos delectum institueret, eum quasi gradus depravationis studiose discerneret, et fideles aliquorum ignorantiam, quousque liceret, aliorum simulatae sanitati praeferret; et id ageret omnino, ut sublato longae possessionis injusto jure, Quintilianum ad semet ipsum revocaret. Sed tota haec codicum ratio, de qua imprimis mihi dicendum esse video, clariorem nunc lucem accipiet prolatis Ambrosiani I. lectionibus, cujus quidem codicis etiam Spaldingius notitiam habuit et bonitatem aliquatenus expertus est; sed quanta esset praestantia, penitus nunquam cognovit*), quod eum non norat nisi ex deteriore illius parte. Nam cum illius libri haec sit condicio, ut reliquorum bonorum librorum per virtutes aeque ac vitia dux quidam ac princeps sit, nimium est dictu; sed verum tamen, quodque facile sese ingerat peritioribus, virtutes clarissime in primis quattuor libris eminere, vitia in posterioribus. In illis autem tam singulari bonitate est, ut, quo quisque magis ab eo dissentit, eo inferior censeri debeat, possintque ab eo velut gradus virtutis constitui.

Nam ex eodem, quo ille, fonte fluxerunt, faciuntque unam codicum quasi familiam Turicensis et Florentinus, quorum varias lectiones nostra editio nunc quidem integras dat, item qui dicitur Almeloveenianus, cujus satis accuratam collationem Burmannus edidit, et Argentoratensis, cujus ope Obrechtus Quintilianum ita recensuit, ut ea editio

*) Neque Buttmannus cognovit, qui librum ita justo minoris aestimaret, ut in fine libri XII ne commemoraret quidem: et tu vide in Supplementis.

reliquis omnibus merito praeferuntur, peculiarem collationem nondum habemus; denique Bodlejanum quoque ad hanc classem pertinere verisimile est, quatenus librum novimus ex negligenti et dispersa Gibsoni commemoratione. Horum librorum quinam ex quibus descripti videantur, certo statuere quis audeat? sed hoc facile patet; si quis unus ex his ceterorum fons fuerit, eum alium esse non posse nisi Ambrosianum I. Nam ceteri boni fere negligentia et ignorantia corrumpere solent, quae in illo optime leguntur. Exempli causa Prooem. lib. I §. 6 Ambrosianus: *Sed quod erudiendo Getae tuo, cujus prima aetas manifestum jam ingenii lumen ostendit, non inutiles fore libri videbantur.* Alii omnes *nato tuo*, verbo ab usu prosae orationis alieno; tam boni, certe Alm. Flor. qui commemorantur, *jam* omittunt tantum, reliqui *iter ad* inepte corrigunt. Lib. I, 1, 37 vulgo *χαλεποὶ Graece vocantur* — nimirum versus ad exercendam pronuntiationem de industria compositi ex aspere coëuntibus syllabis. Ambros. noster *χαλινοὶ* optime, Turic. Flor. *χαλινοι* mendose. Lib. I, 5, 25 Ambrosianus: *cum mutatio vocis alterius rectam loquendi rationem sit redditura, ut amari corticis fiat.* Turic. *sic redditur aut*; Flor. *sit reddito aut*, parum a vero discedentes, sed mendose; etiam Guelf. *si creditur aut*, sed reliqui cum editis *sic reddit ut*, soloece. Lib. I, 6, 25 Ambrosianus: *Quid vero, quod (ut dicebamus) similes positiones in longe diversas figuras per obliquos casus exeunt? ut virgo, Juno.* (Genit. *virginis*, at *Junonis*.) Flor. Turic. ordine verborum confuso. *Quid vero similes quod ut dicebam positiones.* Sed in reliquis accesserunt correctores: *Quid, non similes quoque positiones.* Libro tertio extr. Ambrosianus: *Praeterea quae partes sint judicialium causarum, supra dictum*

est: proximus liber a prima, (scil. parte) *id est exordio, incipiet.* Turic. Flor. alii, praepositione per negligentiam omissa, *prima*, unde etiam origo emendandi *exordia*, donec inventi sunt, qui insuper corrigerent *prooemia*, vel *principia*. II, 13, 9 Ambros.: *dat actum quendam et affectum.* Ceteri omnes *et factum*, nunc vulgo *effictis*. Lib. IV, 2, 112 Ambros.: *cum praesertim etiam in probationibus faciliorem sim animum ejus habiturus.* Tur. *faciliore sim animum ejus ac ambitur;* item Almel. nisi quod in eo pro *ac ambitur* traditur esse *abitur*, uterque turpi mendo. Reliqui *faciliore sim animo ejus abusurus* corrigunt, idque male adhuc ab editoribus excusatum est. VI, 2, 14 Ambrosianus: *cum senex adolescentis alieni convicium — fert.* Turic. a pr. manu *alieni cum vitium*, leviter peccans, alii *alia enim convicium* item parum aberrantes a vero, a quo jam longius abit *alia cum vitium*, quod quia fert quodammodo contextus verborum, lectio vulgaris facta est. VIII, 6, 67 Ambrosianus: *Alioqui, ubi nihil ex significatione mutatum est et structura sola variatur, figura potius verborum dici potest,* (hyperbole) *sicut multi existimarunt. Longis autem hyperbatis et confusis quae vitia accidunt, suo loco diximus.* Quid ceteri? primum *multi ex his* omnes, tum fideliores Flor. Tur. Alm. *multi ex his martur longis mutem*, et postea *et confusis* vel *confusi.* Quid reliqui mss. et editi? *sicut multi narrationem longis mutant hyberbatis. Ex confusis quae vitia* rel. prorsus inepte. Talia invenies plurima, neque enim nunc aliud quicquam agimus, nisi ut genera corruptionum, de quibus diximus, intelligas. Quanquam non opus est contendere, omnes illos codices ex uno Ambrosiano descriptos esse: nam fieri potest,

ut et illi et Ambrosianus ex communi fonte, vetustiore aliquo libro, pariter fluxerint. Sed hoc certum est, cum omnes simile quoddam propositum habuerint, Ambrosianum proxime id consecutum esse. Itaque plurimis item locis solus ille veram scripturam restituit, ubi ne vestigia quidem corruptionis in ceteris reperiuntur. Ex. gr. lib. III, 1, 12 cum omnes sic habeant: *Horum primi communes locos tractasse dicuntur Protagoras, Gorgias, Prodicus et Thrasymachus*, Ambros. docte sic auget: — *communes locos tractasse dicuntur Protagoras, Gorgias, affectus Prodicus et Hippias, et idem Protagoras, et Thrasymachus*. Lib. IX, 4, 48 vulgo legitur: *Licet igitur paeona sequatur Ephorus dactylumque, fugiat spondeum et trochaeum;* Ambros. pro *spondeo* habet *molossum*, unice vere, nam rhetorem fugisse spondeum quis credere potest? molossum, ut contra tribrachum, (nam is Quintiliano trochaeus vocatur) ratio fert. Lib. I, 4, 25 pro eo quod vulgo est: *Scrutabitur mille praeceptor acer — origines nominum* Burmannus olim conjecit *ille praeceptor*, i. e. qui dudum describitur. En sic manifesto Ambrosianus, qui item VII, 4, 37 *hinc moventur illae cavillationes juris, quid sit remp. laedere* cet. habet, ubi nunc *mille cavillationes juris* sunt, quarum importunitatem haud dubie multi senserunt, nemo exturbare ausus est.

Sed quoniam res tulit, ut veteris editoris conjecturam adhuc in notis delitescentem auctoritate Ambrosiani codicis confirmari ostenderimus, quidni Spaldingii potius nostri laudem cum libri praestantia conjungamus, et, sicut saepe editoris ingenium eludit codicis fides, ita virtuti quoque utriusque mutua testimonia quaeramus? Itaque laetabere

concordare v. c. lib. I, 4, 22 ubi Spaldingius ut ante videlicet omitti jussit; I, 6, 45 ubi *loquantur* pro *loquuntur* scribendum censuit; lib. IV init. *nova* pro *novae*; IV, 1, 28 *reorum* pro *eorum*; IV, 2, 28 *affectu* pro *affectus*; VI prooem. 6 ubi verbum *oblectabar* delendum judicavit; VI, 1, 25 ubi *illi* pro *ille* conjecit; VI, 2, 8 *quod* pro *quam*; VI, 3, 32 *ait* pro *ad*; VIII prooem. 18 *decoris qui* pro *quod*, aliisque locis, ut puto, pluribus, quos nunc non investigo. Quae in unum sic congregata non vereor ne cui artis perito levia videantur, qui sciant, conjecturam ita merito quamque meliorem existimari, quo magis singularum paene litterarum ductus servet: imperiti cogitent, maximarum rerum discrimina saepissime non in litteris modo, sed in apicibus etiam verti, cujus rei illustrissimum exemplum pro captu suo cognoscant apud Perizonium in commentariis historicis p. 374. Nos autem, quod nunc quidem agendum fuit, satis jam putamus manifestum esse, codicem Ambrosianum I non propria modo bonitate sua plurimum conferre ad emendationem textus Quintilianei, sed etiam multum prodesse, ut reliquorum codicum natura et auctoritas appareat.

Nam cum primae classis librorum hoc sit ingenium, ut bonum aliquod et incorruptum exemplar fideli proposito, sed mendosa imbecillitate secuti videantur, (unde fit, ut haec culpa, nisi postremorum sive priorum librariorum est, frequenter certissimo remedio Ambrosiani codicis multo emendatioris corrigi possit,) altera classis ab alio videtur vetere exemplari orta esse, cetera quidem non dissimili illius prioris, sed et minus accurate scripto et multis locis jam olim ad levem verisimilitudinis rationem

correcto. Huc pertinent ex integris codicibus Guelferbytanus Spaldingii et Parisinus 7724 sive Regius 1 apud Pottierium, porro lacunosi illi et olim collati Pithoeanus, Joannensis apud Gibsonum, Vossiani 1 et III et Bernensis apud Burmannum, Parisini 7719, 7720, 7721, 7722 sive Regii 3. 4. 5. 6, sicut Pottierius appellat, qui dispersas ex iis variantes dedit, denique recens adhibitus Spaldingianus Ambrosianus II, de cujus cum Guelferbytano consensu tot extant expressa vestigia. Sed tamen infidelitatis non est quod hanc classem librorum arguamus: contra videntur illi propositi sui fines recte servare, neque vel erubescere vitiis vel insolescere bonis. Verum tertiae classis librorum, quamquam ex altera ducta, denuo interpolata est, et plurimis locis, ubi et opus esse et licere videbatur, non tam fidelium librariorum quam criticorum admodum audacium manum prodit. Eo pertinent liber Gothanus, primum a Gesnero, deinde a Spaldingio collatus, Vossianus II apud Burmannum, Parisinus 7723 sive Regius 2 apud Pottierium, qui olim fuit Laurentii Vallae, unde Vallensis a Raph. Regio dictus est.

Haec igitur codicum Fabianorum generalis et universa quaedam ratio est, qua ne quis falso abuti velit, (quamquam veteri proverbio *usum non tollit abusus*) monendum videtur, esse iisdem codicibus peculiaria quoque vitia, neque ullum Quintiliani codicem tam emendate scriptum esse, ut non plurimis cujusvis generis erroribus refertus sit. Nam ut nihil de vulgaribus peccatis dicamus, quid a natura codicis Ambrosiani I tam abesse videtur, quam inanium verborum additio? Itaque libenter lib. II, 4, 5 ejus auctoritatem secutus scripserim: *quia ipsis quo-*

que doctoribus hoc esse curae velim; etiam lib. I extr. *dedit enim hoc quoque providentia hominibus munus.* Verum, continebis tamen assensum, si aliis quoque locis I, 12, 10 et V, 5, 1 in eodem libro eandem vocem prorsus temere addi videris. Porro in universum censenti primae classis libri alieni videntur esse a correctionibus, quas fere dicere in arte critica solemus, id est librariorum mutationibus ad levem verisimilitudinis vel grammaticae convenientiae speciem institutis. At videbis tamen eos haud ita raro aut omnes, aut unum et alterum ita peccare, ut proximum verbum ad casum praecedentis accommodent, sicut v. c. in Turic. Flor. Alm. lib. III, 6, 12 est *intestati heredis*, cum esse debeat *intestati heres*, et VII, 1, 58 in Turic. Alm. sicut in Guelf. *rusticum innocentem* pro eo quod est *rusticum innocenti.* Cumque laus integritatis in Turic. et Flor. codice non pertineat nisi ad primam manum eorum, negari tamen non potest, altera manu, quamvis ea fere ad alterius classis libros inclinet, peccata nonnunquam rectissime emendari, vel etiam ad fidem Ambrosiani I reformari. Quid igitur? Num id agimus, ut convellamus rursum, quae paulo ante nobis recte construxisse videbamur? Minime vero. Sed cavere volumus, ne quis perspecta codicum universa ratione omnem rem jam ad manus redisse putet, sicut nuper aliquis nescio utrum risum captans, an opinionis errore revera arbitratus est. Nam critice, cum nomen acceperit a judicando, judicium nunquam non a se alienum censebit: verum eo qui naturae vitio non egebit, facile intelliget, quo tales observationes pertineant et quatenus usui esse debeant.

* *

Quid enim, quod illa codicum mss. condicio post primos quattuor libros magnopere mutari videtur? cuius rei ratio item clarissime perspicitur ex Ambrosiano I. Nam hic liber cum in illa tertia parte operis non fide tantum una cum reliquis bonis excellat, sed etiam accuratione his ipsis longe praestet, per totum librum quintum et sexti magnam partem negligentia et ignorantia librarii corruptus videtur, nec per insequentes libros, etsi longe quidem diligentior fit, ignorantiae tamen mederi potest. Itaque in hac parte non adeo multum praestat Turicensi et Florentino ceterisque ejusdem sectae, quin etiam omnes hi frequenter alterius et tertiae classis librorum auxilio sustentandi sunt, ut lacunae aliquot verborum ad sensum necessariorum expleantur, aut turpia aliorum verborum menda certiore quadam via tollantur, quam fieri posse nostris conjecturis videatur. Sic v. c. V, 7, 1, *differentia* pro *diffidentia*, §. 29 *pars* pro *parum*, *ea* pro *causa*, §. 16 *odi* pro *ejusmodi* in omnibus primae classis libris leguntur, et in principio prooemii libri V verba *sed vix etiam viro dignum*, item V, 7, 5 compluria verba ab illis omnibus absunt, et V, 9, 11 verba *sunt* — *utrique* in Ambros. I omittuntur. Cujus rei aliam ego explicandae rationem non invenio, nisi ut statuam, eam partem vetustioris libri, unde aut solus Ambrosianus I (nam is etiam hic ordinem ducit suorum) aut alii quoque boni descripti sunt, temporis injuria corruptum fuisse, ut librarius, cum expedite legere non posset, taedio ac desperatione pessimae scripturae afficeretur; sed alium fuisse librum, alioqui virtute illi inferiorem, sed melius servatum, unde codices secundae et tertiae classis descripti fuerint.

Itaque crisis in hac parte operis Quintilianei difficillima est, neque eam dum exitum invenisse praedicare licet. Sed invenit tamen Spaldingii religio certam quandam rationem, ad quam dirigeretur. Nam cum duos haberet codices Turicensem et Almeloveenianum et editionem Campani, quae non obscure ad Florentinum librum exacta est, posteaque ipsum Florentinum nactus esset, hoc tamquam fundamento usus est recensionis, quod non omitteret nisi invitus, aut sicubi ineptum videretur defendere, quae obtinere nequiret. Quantum profecerit, apparet. Mihi quidem multum videtur, cum illud certe assecutus sit, ut remotis priorum editorum somniis jam quicquid editum est, certa ratione editum videatur nitaturque suis quasi radicibus, quamquam saepe infirmis. Sed multum porro conferet Ambrosianus I. Neque enim plane ab antiqua sua virtute degenerat, sed etiam in libris V. et VI, qui pessime affecti sunt ex toto opere, multumque etiamnunc distant a nitore reliquorum librorum, saepe luce insperata tenebras discutit: et ipsam illam praestantiam quo progreditur longius paulatim recipit; prorsus autem certissimae cotis vicem praestat, ad quam reliquorum virtutes et vitia exigantur.

Hunc apparatum criticum variis lectionibus auxi ex codicibus Parisinis a Pottierio excerptis et ipsius editioni Paris. 1812, 3. voll. 8 min. adjectis. Sed quoniam idem Pottierius insequenti anno Commentarium Gallice scriptum in librum primum edidit, in eoque commentario item variantes codicum Parisinorum scripturas commemoravit, non prorsus easdem, quas in editione Latina, commentarium secutus sum in iis, quae aliter posuit, (nam *δεύτεραι φροντίδες ἀμείνονες* dicuntur esse,) sed adjeci tamen in

parenthesi quas antea protulerat, repetivi etiam eas, quas in commentario consulto videtur omisisse. Veruntamen haec commemoratio codicum Parisinorum speciem habet majorem quam utilitatem. Nam Pottierius quidem ipse rei criticae fuisse imperitus videtur, sed quod a Spaldingio, quem impense admirabatur, editionem Campani veteresque libros tanti fieri videret, fortasse etiam quod ipse apud suos non expers artis videri vellet, hoc sibi agendum sumpsisse, ut Campanianae varietates non indiligenter colligeret adderetque his lectiones ex uno et altero de sex regiis codicibus forte oblatas. Nam consilium quidem ejus in excerpendis libris nullum cognovi, qui ne in illis quidem locis, ubi maxime opus fuerit, fideliter annotarit, quid in quoque libro invenerit, in aliis unum et alterum testem laudarit, etiamsi certissimum sit omnes potuisse citari. Ex. gr. lib. II, 13, 13 *in ea tabula* est in editionibus ante Burmannum omnibus, in Burmanniana typothetarum incuria pronomen excidit, isque error, ut fit, per insecutas editiones propagatus est *). Pottierius igitur, *ea* videns in Campaniana esse, ad mentionem ejus editionis adjecit Reg. 1. Quid igitur reliqui? Omittuntne illi pronomen? Credere deberes, si accurata haberi posset collatio: sed cave facias. II, 8, 11 *an vero* et recentiores editiones omnes et ipse Pottierius in textu habent: *an non* lectio est aliquot veterum editionum ex conjectura Regii, codicis, quod sciamus, nullius praeter unius Gothani. Pottierius, cum silere posset, si in suis libris item *an vero*

*) Sic ex edit. Gesneriana in Spaldingianam irrepsit bis *dum* pro *cum* I, 1, 2 et I, 1, 34 ne quid dicam de erroribus typothetarum Spaldingianorum, fideli adhuc opera propagatis.

invenisset, hoc non fecit, sed scribit *an non* Camp. Reg. 1. Ex quo si quis conjicere vellet, in reliquis esse *an non*, magnopere erraret. Nam ille nihil aliud quam significare voluit, lectam sibi quoque esse annotationem Spaldingianam, et testimonii causa unius codicis notam adjecit. Itaque fit, ut inanes fere hae dapes sint, et ad spectandum magis quam ad fruendum comparatae: neque ego curo, quid sit quod Dussaultius in nova editione Quintiliani Parisina Pottierii variantes sibi vindicat, tamquam a nepote ejus, qui excerpserit, Vicarii, olim professoris Parisini, ad se delatas. Sunt enim eaedem, quae apud Pottierium extant, omissis quibusdam, et adjectis aliquot novis typothetarum erroribus, quantum quidem ex apographo in Seebodii et Friedemanni Miscell. crit. Vol. I p. 486 sqq. intelligitur. Utique lis fuerit de lana caprina. Sed quicquid ejus est, Parisinorum codicum varietates in hanc penum nolui non recipere, ne quid deesset, quod ad opus praestantissimum emaculandum aliquatenus posset utile videri. Unum hoc moneo, ne quis propterea quod Pottierius nihil annotarit, hoc vel illud *esse* in codicibus Parisinis putet; nam sicut par est de fide hominis nihil secus existimare, ita periculosum est ex ejus silentio quicquam contendere. Spaldingianorum autem codicum, Gothani et Guelferbytani, Turicensis, Florentini, Ambrosianorum I et II tanta fides collationis est, ut nisi gravis quaedam causa obstat, (errare enim humanum est) etiam silentio sua fides haberi debeat. Itaque quamquam in hoc genere non incuriosus fui et ipse plerumque annotavi, propter silentium ejus, qui libros contulerit, *videri* in membranis hoc vel illud inventum esse, sive *fortasse* ita fuisse, verbi causa in Ambrosiano, juvat tamen apponere, quibuscum editis libris

quique manuscripti collati fuerint, ut qui post nos hac congerie usuri sint, habeant, ad quod conjecturas, si opus sit, instituant. Et Spaldingius quidem ipse editionem Campani et codices Goth. et Guelferb. cum editione Gesneriana contulit, Codices Turicensis, Florent. Ambros. II ad Burmannianam Lugd. Bat. 1720, Ambrosianus I, quod imprimis notandum videtur, ad Obrechtianam Argentor. 1698 exacti sunt. Veteres denique, ut hoc addam, editiones, quas nos ipsi post Spaldingium denuo perlustravimus, cum hac novissima comparatae sunt.

In his igitur codicum manuscriptorum lectionibus, quantum quidem excerpta nostra permiserunt, summa cura versati sumus. Habebunt in iis studiosi Latinarum litterarum uberrimum praesidium ad Quintilianum emaculandum, et quamquam dolebunt fortasse (mihi enim juvenum exercitationis causa nescio quomodo gaudendum potius videtur) superesse etiamnunc permultos locos, qui nisi felici divinatione restitui nequeant, plurimum tamen ad hanc rem proderit scire, aut nihil esse amplius ex codicibus manuscriptis sperandum, nisi qui novi singulari bonitate protrahantur, aut qualia in iis, qui nunc merito habentur integerrimi, ipsa litterarum ludibria sint.

Veterum quidem editionum in tanta multitudine collatorum codicum manuscriptorum multum imminuitur pretium et observandi necessitas: sed poterit nunc demum animadverti, quam earum quaeque sectam potissimum sequatur, et cujus generis codices manuscripti in ea adhibiti sint; quamquam mirum quantum primi editores absunt ab ea diligentia, quam hodie, qui editionem principem curant,

adhibendam sibi esse censent, et mox dum aliae ex aliis editionibus ducuntur, corriguntur, interpolantur, conflantur, vix justum quasi alveum, quem secutus videatur editor, cognoscas. Sed Campanianae multis vestigiis demonstratur librum Florentinum subesse, unde fit, ut multa in ea rectius legantur, quam per tria post saecula factum est; etiam Andreana, quam nos quidem non perlustravimus, sed Gibsonus, admodum ille quidem leviter, excerpsit, eandem familiam sequi videtur. Primum Jensonianus editor (Omnibonus Leonicenus) adhibito alterius classis libro, fortasse Guelferbytano vel simili, Campanianam vel Andreanam correxit, possetque adeo primus auctor vulgatae lectionis haberi, quippe quem maximam partem fideliter sequantur Locatelliana et Veneta (1494), ni tamen Tarvisina editio compluribus locis ad priorem librorum classem revertisset. Etiam Aldina, cum multa menda Naugerii correctoris ingenio tolleret, tum ex codice primae familiae profecit, quin etiam, ni magnopere fallor, ipsius in ea Ambrosiani I codicis aliqua notitia apparet. Verum Badius, confidentius textum aggresus, cum et tertiae classis libro (Vallensi, nunc Paris. 2, vide nos ad III, 1, 20) multum usus esset, et plurimum tribuisset Regii, audacissimi critici, quamquam saepe felicis, conjecturis, certus auctor vulgatae lectionis, quae dicitur, extitit. Sed ea tamen non est prius absoluta, quam Gryphianus editor in verborum maxime positu multa ad libitum mutasset. Sic deinde per Stoerium, qui tamen et ipse nonnulla correxit, et Chouetium ad reliquos propagata est, coepitque jam vetustatis jure frui religioseque coli, donec Spaldingius eam rursus ad codicum manuscriptorum fidem revocare coepit. Quam rem utinam jam ab initio fortiter aggressus esset, vel potuisset aggredi,

neve exemplum Burmanni et Gesneri secutus, timide pro antiqua elegantia reveritus esset, quod nunc apparebit *undique collatis membris* inepte compositum spectrum potius quam verum corpus scriptoris. Sed injusti ne simus adversus veteres illos, qui ut sitim aequalium suorum diu collectam restinguerent, properantes festinantesque libros antiquorum protrudebant, nihil minus agentes, quam quod nunc facimus, ut syllabas et apices examinemus, omniaque verisimilitudinis momenta perpendamus. Sed tamen etiam in hoc scriptore intelligitur, quam vana vulgi veneratio lectionis vulgatae sit, quamque injuste nos temeritatis accusemur, si in magna copia bonorum librorum manuscriptorum pleraque aliter constituere et licet et necesse est, quam adhuc in editionibus vulgaribus fuit. Quid? Temeritatem tu voces, cum ego ne litterulam quidem ullam ex ingenio correxerim, quin indicarim et addiderim, quid et olim editum fuerit et quid in codicibus manuscriptis legatur, ut frui possis judicio tuo? Quanto veteres illi, quos admiraris, liberiores fuerunt, quanto adversus hos, si quid bene actum erat, aequales sui justiores gratioresque. Sed missa haec faciamus, et tempori dijudicanda relinquamus*).

*) Possem hoc loco abuti, ut nescio cujus *veteris poëtae maledictis responderem*, qui nuper in Ephemeridibus litter. Halensibus operam meam in Q. Curtio recensendo positam ita incessit, ut simul omnes ληκύθους praeclarae artis suae in tuenda vulgata lectione, cujus vereor ut originem unquam intellexerit, effunderet, auriumque suarum delicatum sensum praedicaret. Sed transeat sibique habeat sapientiam suam qui ausus etiam sit fidem Quiritium implorare et litteris uncialibus tamquam infandum flagitium arguere, quod ego apud Curtium VI, 6, 31 *concepto igne proxima quaeque adurebantur* pro vulg. *adurebant* ediderim; quasi aliter esse vel possit vel debeat.

Transgrediamur ad tertium Supplementorum genus, quod constat Spaldingii annotationibus, quas ipse aut ad marginem editorum librorum suorum, aut in chartis interjectis adscripserat, ego fide, quae in ejusmodi rebus et auctoris memoriae et publico usui debetur, repetivi et Spaldingiani nominis nota apposita distinxi. His adjeci et meas animadversiones inter legendum et relegendum natas, et, prouti res videbatur postulare, litteris mandatas, et excerpsi, quae ab aliis Viris doctis post obitum Spaldingii ad emaculandum Quintilianum excogitata comperissem, imprimis quae libellis ob aliam scribendi opportunitatem compositis dispersa essent. Nam ut omnes opinionum diversitates recenserem, etiam eorum, qui peculiares editiones aut totius operis aut decimi libri sine novis codicum manuscriptorum copiis procurassent, et variorum suffragia inerti quadam diligentia colligerem, a me obtinere non potui, neque postulandum videtur a Spaldingiani operis successore.

Indicem rerum et verborum a Spaldingio in notis et criticis et exegeticis tractatorum ipse confeci, Quintiliani verborum et auctorum ab eo laudatorum locupletissimum et prorsus absolutum Ed. Bonnellus paene absolvit, singulari volumine propediem edendum. Nam quominus veterem Gesnerianum auctum repeteremus, ut initio institueram, deterruit nos justissimus haud dubie metus, ne quid imperfectum proderemus, quodque litterarum Latinarum studiosis parum satisfacturum esset. Neque enim ante tota haec, quae nunc viget, cura lexicorum condendorum certum effectum habere potest, quam elegantiorum ac politiorum cujusque aetatis scriptorum indices, non forte collecti, uti cuique

editori excerpere libuit, sed absoluti omnium verborum et locutionum extant: sicut adhuc in egregio lexico Forcellinianio dolui Quintiliani et Taciti, adde etiam Curtii mentionem mancam esse et imperfectam, omninoque argenteae, quae dicitur, aetatis sermonem parum recte explicatum. Et de Curtio quidem non miror, quem adhuc plerique quo loco haberent dubitarunt, et cujus textum nondum certis et velut suis vestigiis consistere, quamvis fateri nollent, suspicati tamen sunt: sed Quintiliano et Tacito haud dubie sola indicum exilitas nocuit. Quid vero quod ne dolendum quidem videtur, adhuc neminem in lexico Quintilianeo conficiendo elaborasse, quoniam nunc facile cuivis patebit, quem illi nobis Quintiliani sermonem commendaturi fuissent, eum a vero et accurato mirum quantum abhorrere, et corrigendi laborem etiam molestiorem futurum fuisse quam de integro faciendi? Nam cum hoc primum Spaldingii cura et diligentia effectum esset, ut textus Quintilianeus ab editorum veterum levitate et mutandi licentia, recentiorum aut negligentia aut falsa religione in tuenda ista quasi jam sacrata antiquitate, ad solam codicum mss. tamquam locupletiorum testium auctoritatem revocari coepisset; qua re inumeri errores, quamquam leviores, sed errores tamen, sublati sunt: nunc demum inventis et prolatis praestantissimis emendationis fontibus, textus verborum eam consequetur firmitatem, ut tuto possit in plenos indices et mox in lexicorum horrea transferri. Quamquam, ut nunc res est, facile intelligitur, ad nostros indices Fabianos non solum laborioso quodam et industrio homine opus esse, sed etiam docto et rei criticae perito, qui ex ingenti variantium lectionum farragine secundum artis et sermonis praecepta deligat vera et man-

surae, abjiciat falsa et mox inter ultima impedimenta editionum removenda. Qualem Ed. Bonnellam non speramus fore, sed confidimus et esse cognovimus. Itaque nemo tarditatem operis incuset, jam per quinquennium extracti, sed nunc propemodum ad umbilicum adducti. Nam cum optima quaeque diutissime crescant, tum rarissima est illa hominum felicitas, quibus uni litterarum generi assidere liceat, nec fere quibus maxime velimus et opus sit contingit.

Sed ego praeterea hoc voluntati viri honestissimi, qui hanc editionem redemit, dandum putavi, ut textum Spaldingianum ad fidem codicum manuscriptorum recens collatorum denuo accurate exigerem, eique singulari volumine describendum traderem. Verebatur enim ille non sine causa, ne pro more saeculi in suam quasi possessionem statim manus alienae involarent, et in quo sibi sevisse arbitraretur, alii messem facerent. Neque non mihi hoc videbatur recte institui; ut, quicquid hac nova cura profecisset Quintilianus, manifestius fieret et in brevi conspectu pateret, neve diutius eorum usibus, qui praestantissimam veterum artem sine critico apparatu cognoscere cuperent, negaretur.

Haec igitur hactenus. Quae cum ante complures menses scripsissem, dum typis liber describitur, animus vehementer ictus est mortibus eorum, quas in hujus ipsius prooemii initio commemoravi, Phil. Buttmanni senis et Frid. Sanderi vixdum juvenis. Neque pium videtur discedere ab hoc toto labore Quintilianeo, priusquam bene illis precati simus, Viris et ingeniosissimis et integerrimis, et nostri laboris dum licebat sociis, alteri olim magistro, alteri disci-

pulo meō. Sed eheu, quam brevis hujus flos fuit, cum illius celeberrima virtus nihil cujusquam praeconium desideret. Havete, carae animae, nosque ad aemulationem virtutum vestrarum exacuite.

Scrib. Berolini mense Julio 1829.

Car. Timoth. Zumptius.

SUPPLEMENTA

EDITIONIS SPALDINGIANAE

QUAE PERTINENT AD

VOL. I.

EPIST. AD TRYPHONEM.

In titulo *bibliopolae* abest etiam a Flor. Amb. 1. et ed. Vidovaei. *Tryphoni suo salutem* Goth. Amb. 1. *M. Celius Fabius* Tarv. Ven. Turic. sicut edit. Jenson. et cod. Guelferbyt. (vide praefationem primi Vol. p. LXXII) inscribit: *Quintilianus Victorio* (supra a m. recent. *Marco*), sed, ut videtur, ab alia manu. Camp. inscriptione caret.

§. 1. *nondum opinabar satis* edd. omnes ante Gesn. E codd. nullus notatur, qui Gesnerianum *satis opinabar* defendat, nisi forte Goth. et Guelf., quos tacet Spald. collatio. *maturavisse* Edd. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Ald. Sich. Andr. et Codd. mss. Bodl. Poull. Almel. Flor. Turic. Guelf. *maturuisse* reliquae edd., cod. Goth., et Flor. in marg. *ut scis* edd. ante Gesn. omnes, etiam Goth. E ceteris codd. cum nihil notatum sit, videtur in iis inventum esse *ut*, non *uti*. *alioquin* Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Ven. Turic. (a m. pr.) Flor. Amb. 1., qui quidem semper ita scribunt. *aliorum* pro *alioqui* Camp. Andr. Bodl. Guelf. Turic. (a m. sec.) *distractus* Turic. *infiniti*. Burm. conj. *infinitae*, non addicentibus codd. Amb. 1. diserte habet *infiniti*, Turic. *institi* (corr. *institui*), Guelf. *institui*, Flor. *institi*.

§. 2. *datus est usus*; *deinde* Turic. Flor. (in Flor. alia m. corr. *datum*) Guelf. *Usus* om. Camp. Andr. *dabam his* Sich. Goth. Flor. Turic.

§. 3. *quanto* pro *quam* cod. Almelovenii. *auram* Turic. Flor. Guelf. Bodlej. Paris. 1. Ald. Sich.

L I B. I.

Inscriptio hujus libri in Turic. Flor. Amb. 1. haec est: *Quemadmodum prima elementa tradenda sint* (Tur. *sunt*. Amb. 1. *traducenda*). *Utilius domi an in scholis erudiantur.* (Tur. *Utrum* a m. sec.) *Qua ratione in parvis ingenia dinoscantur, et quae tractanda sint* (Amb. 1. *et qua*). *De grammatice. De officio grammatici. An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. De musice* (Turic. a m. sec. *musica*). *De geometria. De prima pronunciationis et gestus institutione. An plura eodem tempore doceri prima aetas possit.* Eadem lemmata sunt in Jens. Tarv. (nisi quod *Utrum utilius* habent). Camp. inscr. caret. E posterr. edd. aliae aliter.

P R O O E M I U M.

§. 1. *quietem quam* Jens. Loc. Tarv. Ven. Ald. Sich. Camp. Andr. Turic. Flor. Paris. 1. *reluctatus equidem* Flor. *pertinent* Turic. Camp.

§. 2. *deprecationis*. Tur. a m. sec. *trepidationis*. *hac* om. Goth. probante Gesn. *divisas* Tur. Bodl.

§. 3. *de demererer* Flor. *deme mererer* Bodl. Alm. Turic. (ut Goth.). *pleniore* Flor. Tur. Goth. [De potestate particulae *demum* Spald. conferri jubebat Plinium Epist. X, 66, 9 et ipsum Quintilian. XI, 3, 68.]

§. 4. *summam inde eloquentiae*. Tur. Flor. Jens. *summam in eloquentiae*. Camp. Andr. Ald. Sich. Par. 1. man. sec. Voss. 3. *summam eloquentiae*. Poullain. cod. *summam in eloquentiam*. Edd. reliquae *summam in eloquentia;* sic Par. 1. et 2. [Ceterum falsus est Spalding., cum ait, Regium male interpretatum esse *in*, quod erat compendium pro *inde*. Is enim in Jensoniana, quam Regiani textus fundamentum esse e plurimis vestigiis patet, invenit *in*. S.] *diversae* Sich. et Steph. in margg. *etsi necessarias* Jens. Loc. Tarv. Ven.

§. 5. *existimem nihil* Tur. Flor. Amb. 1. (in hoc certe est: *cum existi,* neque tamen ob lacerationem paginae videri

potuit, num adsit *nihil* post *exist.*) Camp. edd. posterr. ante Aldum, et post eum Bad. Cervic. Vidov. Colin. *fieri oratorem non posse;* ita Gesn. Flor., fort. Goth. et Guelf. *fieri non posse orat.* Turic. Amb. 1. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Sich.; reliqui *orat. non p. f.,* Obr. *non posse fieri or. quam* om. Bodlej.

§. 6. *Marcelle Victori. Marce Victor* Turic. Flor. *Marcelle Victor* Obr. Amb. 1. siletur, in ceteris locis habet *M. Victori.* *studio* pro *amore* Flor.; hoc tantum supra. *quamquam sint magna* Tur. Flor. Voss. 3. Amb. 1. Jens. Tarv. Loc. Ven. *Getae tuo.* Sic Amb. 1. De prosario usu vocis *nati* pro filio confer Cellarii Cur. poster. p. 301 et Oudendorp. ad Cic. de Inv. I, 23. *manifestum iter ad ingenii lumen.* Ita Camp. Par. 2 et margo Paris. 1. *man. jam ing. lumen* (ut Ald. 2.) Amb. 1. *man. ing. lumen* Flor. (al. m. in marg. apposuit *jam*) Par. 1. E Turic. nihil notatur. *discendi* Flor. Amb. 1. Paris. 1. et edd. aliquot recentt. ut Gesneriana. *dicendi* Pottier. tradit in Paris. 2. et 5. inventum esse.

§. 7. *sermonem per bid. habitum* Tur. Flor. Goth. Almel. Poull. Amb. 1. Camp. Tarv. Ven. *sermonem p. b. habito* Jens. *sermones p. b. habitos* Bodl. *sermone habito* reliqui. *potuerant* ante Gesner. legebatur, quod in plurim. codd. esse videtur; nihil certe notatur e Tur. Flor. Amb. 1., et diserte memoratur *potuerant* e Guelf. et Paris. 1. et 2. qui idem est Vallensis apud Bad. *poterant* tamen Goth. Locat. (ex emend. Regii). Ex Campani editione nihil ipse Spalding. a Gesneriana diversum enotaverat, sed Pottierius in ea esse *potuerant* tradidit. *bini juvenes* Tarv. (non praeeunte Jens.) Ven. Guelf. Tur. Flor. Amb. 1. Camp. Almel. Poull. *vel nimium* Jens. Tarv. Loc.

§. 8. [*quam poterimus* dici pro *quantum pot.* annotavit Burmannus et conferri jussit copiose ea de re agentem Nic. Heinsium ad Ovid. Remed. vs. 325.] *elaboratiora* volebat Francius.

§. 12. *sit disserendum et adeo.* Flor. Amb. 1.

§. 52. *videri poss. poss. vid.* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *quas ego. quam e.* etiam Flor. Amb. 1. Par. 5. Camp. *quae e.* Par. 1.; recepta est in Par. 2. *suasoriis. suasoriae* Amb. 1. *nullo alio. nullo modo* Amb. 1.; idem mox praebet *distat*, quod Spald. optabat. *haec aliq. hoc al.* Jens. et posterr. ante Stoer. *certis.* Ita Amb. 1. Par. 5. Camp. *certius* Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4.

§. 53. *Neque ign.* Ita, omisso *enim*, Flor. Amb. 2. Camp. Obr., haud dubie Amb. 1. *et historicas. historias*, omisso *et*, etiam Par. 1. Sich. *in concione. in conciones* Flor. a pr. m. Amb. 2. Voss. 1. 3. facili errore. *in partem.* Ita Flor. Amb. 2. Camp. fort. Amb. 1. *cedent.* Sic Flor. a sec. m. (prius fuit *cedant*) Amb. 2. Par. 1. 2. 3. Camp. *cadent* Par. 5. *cedunt* fort. Amb. 1.; primus ita edidit Colin. [Illustrandi loci causa Spald. adscripsit Prooem. lib. I §. 22: elocutioni, in cujus partem memoria ac pronuntiatio *veniunt*.] *indicare.* Ita Flor. a sec. m. Par. 1. 3. 4. *judic.* Flor. a pr. m. Camp. *vindic.* Par. 2. *vult in materia. tulit in m.* Amb. 1. *ultimae materia* etiam Camp. *ultimae materiae* Par. 5. *ultimi materiae* Amb. 2. *multae uti materiae* Flor. Par 1.; recepta est in Par. 2. [Sed ex illis ipsis aberrationibus, quam vera sit Amb. 1. lectio apparet.]

judiciali. *in judic.* Camp.; idem mox *dem.* *del. solemus.* Ita, omisso *subjicere*, etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. 4. Camp.; sed Spald. fallitur, cum ait, in Ald. demum esse vocem spuriam; est jam in Tarv.

§. 54. *Freq. vero.* Ita Par. 1. 3. 4., *Fr. tamen* Par. 2. *Fr. non* Camp. [*in his.* Videtur postea Spaldingius Gedoyni rationem, voces has ad verba *rogare*, *indicare*, *rationem reddere* referentis, probasse, adscripto loco simili lib. V, 8, 3 *horum.*] *utimur.* *utemur* Camp. *Coelio.* *Caelio* Amb. 1. cum Jens. et aliis edd. vett. *Clodiam.* Ita primus dedit Colin. *in Clodiam* Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4. *in Clodium* Camp. Turic. a sec. m. *hortationem amorum.* *orationem morum* Flor. Amb. 2. Par. 1. 3. 4. Camp. *hortationem morum* Par. 2. *exhortationem uicio* (fort. *uiciorum* volebat) Amb. 1.

§. 55. *Solent in.* *Solem in* Camp. *Solemus in* Guelf. Voss. 3. *fingi.* Ad hanc vocem in Flor. est glossa interlin., *i. e. debent.* *et ex utroque.* *et* omitt. Amb. 1. cum edd. a Colin. usque ad Gibs. *C. Caesar.* *G. Caes.* Amb. 1. Camp., et ita semper, neque amplius notabitur. *accusatione et.* *accusatorem et* Turic., in quo sec. m. mutavit *et* in *ex.* *causae.* *causa ejus* Amb. 1.

§. 56. *Perm. autem.* *P. tamen* Amb. 1. *pro Caesare fuerit.* *preces fuerunt* Turic. *Caesari profuerit* Goth. Voss. 2. Par. 2. 3. *potius fuerit* Par. 5. *sit occ.* *fuit occ.* etiam Camp.

§. 58. *circa suas.* *circa* omitt. Jens. Loc. Ven., non acced. Tarv. *in totum* omitt. etiam Camp., retinet Amb. 1. *existimarunt.* *existimaverunt* Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. Voss. 1. Bern. Camp. Jens. et posterr. ante Stoer. *Nam.* *Namque* Goth. cum Voss. 2. *effusiorem.* *effusionem* Camp. *earum.* *harum* Obr. cum Camp.; Turic. Flor. silentur; in Amb. 1. est recepta. *judicialis.* *legalis* est etiam in Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4. Camp. et haud dubie Amb. 1. *elaborarunt.* *elaborant* Turic.

§. 59. *ut prooemio.* *uti pr.* Jens. et posterr. ante Bad., qui e Vall. dedit receptam. *dixi supra.* *sup. dixi* Camp.

initio furiosa. *initium fur.* Jens. et posterr. ante Ald., unde Reg. conjecit *initio furiose*, quem multi sequuntur. *quiritet.* *queritet* Flor. a sec. m. (a pr. m. erat recepta) Par. 1. Voss. 2. *quaeritet* Guelf. Goth. Jens. et posterr. ante Bad., quibus accedit Sich. *clamitet* Par. 1. in marg. Camp. *quiritet* conjectura assecutus erat Regius. [De significatione vocis *civilis* Spald. laudavit in exempl. suo Senec. pat. p. 131 Bip. „pressa et civilis oratio."]

§. 60. *Cur autem.* *Cur igitur* etiam Par. 1. 2. *torrens.* *terrens* Camp. *aequaliter.* *inaeq.* Turic. a sec. m. Camp. *rationemque* omitt. Amb. 1. *controversiis.* *controversia* Camp. cum Voss. 1. 3. *quae si detr.* Ita Par. 1. 3. Camp. *quem s. d.* etiam Par. 2.

§. 61. *populi senatus.* Ordinem invertit Amb. 1.

§. 62. *veris consiliis.* *veri consilii* Amb. 1. *affectatione.* *affectione* etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. a pr. m. 4. Camp.; recepta videtur esse in Amb. 1. [Mihi tamen verius videtur, Theophrastum docuisse, *affectionem* omnem i. e. *πάθος* (vide Gesneri notam) a deliberationibus abesse debere, quam *affectationem*, quae ubique vitiosa est. Atque dissentit ab illo Quintilianus in eo, quod pro ratione causarum etiam affectus in consiliis inesse putat; his enim constat lumen eloquentiae, quo Ciceronis etiam sententias et contiones excellere paulo post dicit.] *in hoc auctor.* *in hoc genere auct.* Guelf.

§. 63. *ab ea.* *ab eo* Jens. cum posterr. ante Cervic., exc. Ald. *artis.* *artibus* etiam Flor. a pr. m. Amb. 1. a sec. m. Camp. Sed in altera coll. Turic. *artis* enotatur, quasi non hoc ipsum sit in vulgari textu. *vel ad.* *vel quod ad* etiam Sich. *consilia.* *consilio* Amb. 1. Tarv. Sich.

§. 64. *omnes alii.* *al. omn.* Goth. *accommodatam* Ven., sola.

§. 65. *Philippicas.* *Philippicos* Amb. 1. *iisdem.* Ita Camp. *isdem* Amb. 1. 2. *ac defens.* *et def.* etiam Camp. *idem de suas.* *d. s. i.* Goth. Jens. et posterr. ante Stoer. *ornat. esse.* *e. orn.* Goth. Guelf. Sich. *onerat. e.* Amb. 2.

§. 67. *genere mater.* *mat. gen.* Amb. 1. *constant.* Ita etiam Par. 1. 3. 4. Camp. *constat* Par. 2. fort. Amb. 1. *in consiliis.* *in* omitt. Amb. 1. *vera esse.* *esse vera* Guelf. *sciet.* *scies* etiam Flor. a pr. m. *sed histor.* *et hist.* Turic. Flor. cum Alm. *in his* omitt. Turic. Camp.; in Flor. a pr. m. Alm. est *id conc.* *atque sent.* *ac sent.* Guelf. Sich. *maluerint* Camp.

§. 68. *aptata.* *apta* Amb. 1. cum Voss. 1. 3. *aliquando.* Sic etiam Flor. Amb. uterque, Camp.

§. 69. *Ne illa quidem.* *Nec i. q.* Camp. *in his.* *in iis* Jens. et posterr. ante Sich. *quidam* omitt. Camp. *inhumane.* *in minima* Guelf. *injuria.* idem a sec. m. *ab iis.* *ab his* Amb. 1. Guelf. Goth. Sich. *deliberant — dissentiant.* *deliberat — dissentiat* Amb. 1., prius cum Amb. 2. *ideoque.* *itaque* Goth. Par. 1. Voss. 2. Camp. Jens. et posterr. ante Stoer., exc. Ald. *objurgantibus.* *objurgatoribus* Turic. a sec. m. Camp. *similiores sunt.* *sunt* omitt. etiam Flor.

§. 70. *desuescendis.* *dissuesc.* Goth. *dissuasc.* Voss. 2.; inde Jens. et posterr. ante Ald. *dissuad.* *dicturi sunt.* Ita Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. *d. sint.* Par. 2. 5. Camp. *si quid consulet princeps.* *s. q. et consulet princepis* Flor. a pr. m. (a sec. m. receptam). *s. q. et consuli et principi* Amb. 1. *s. q. et consiliis principis* Camp. *quod praec.* *quae praec.* Turic. a sec. m. Par. 1. Camp. *credunt.* *credant* Amb. 2. cum Voss. 1. 3.

Cap. IX.

De partibus causarum judicialium inscribunt Turic. Flor. Amb. 1. 2. Goth. Guelf., et edd., quae quidem non omnino inscriptionibus carent (Camp. Obr. Gesn.), omnes.

§. 1. *ac depuls.* *et dep.* Camp.; idem mox *velut plur.* *cujus part.* *cui part.* Turic. a pr. m. *auctoribus.* *actor.* Flor. *quarum.* *quorum* Turic. Flor. Camp. Amb. 2.

§. 2. *non et haec.* *et* omitt. Guelf. *ipsa dispos.* *illa d.* Turic. *et elocutio.* *et* omitt. Flor. (Turic. siletur) Amb. 1. 2, Goth. Jens. et posterr. ante Gryphium, exc. Sich. Recepta est in Guelf.

§. 3. *orationis.* *omnis* Tarv. Ald. *Quae namque est.* *Quae est* Amb. 2. Par. 2. 5. Camp. *Q. est enim* Flor. Amb. 1. Par. 1. *quod est.* *quid est* Turic. Flor., a sec. m. uterque. *proprium.* *primum* etiam Flor. a pr. m. Camp. *spec. esse probat.* *esse spec. partit.* Camp. *quae sit.* *quae est* Amb. 1. a sec. m.

§. 4. *est earum.* Ordinem invertunt Jens. et posterr. ante Stoer., cod. nullus. *ex quibus.* *e quib.* Goth. *egreditur.* *egredietur* etiam Flor.

§. 5. *nec iis.* *neque iis* Flor. *nec his* Amb. 1. *neque his* Camp. Sich. [Conferri jubebat Spalding. Bentlejum ad Horat. Carm. III, 11, 43.] *destruat.* *distruat* Flor. Amb. 2. *novat.* *nocet* Turic. a sec. m. Camp. *propositio genus.* *prop. est gen.* Tarv. Ald. *prop. ei genus* Amb. 1. *illa semper.* Ita etiam Flor. Amb. 2. Camp. fort. Amb. 1. *et ubique.* *et* omitt. Camp.

§. 6. *quod sit genus.* *quid s. g.* etiam Flor. *quae prosint — quae noceant.* *quid prosit — quid noceat* etiam Bad. Cervic. Colin. Gryph. ex Vall. (ref. Bad.), etsi Pottierius ex eo affert *quod pr. — quod noc.* *ac refellend.* *atque ref.* Goth. Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Ald. Sich. *refell.? tum.* Jens. et posterr. ante Ald. inserunt *sit;* Ald. omittit etiam id, quod praecedit. *tum, Quom.* *tunc, q.* Amb. 1.

§. 7. *praeparatio.* *probatio* Turic. a sec. m. Camp. *constiterit.* Ita Par. 2. (Vall.) a sec. m. *constituerit* Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 3. 4. Camp. *Neque enim.* *Nec en.* Goth. cum Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Sich. *totis.* *totius* Camp. [Quod h. l. lapsae latinitatis more *totis* pro *omnibus* positum est, Spalding. Appulejum lib. V p. 342 Oudend. 103 Bip. laudavit, ubi *totis muneribus absconditis* legitur.] *possumus.* *possimus* Loc. Ven. Bad. Cervic.

§. 8. *conferri* omitt. Camp. *omnem, et.* Sic, omisso *oportet,* etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. Camp.; Amb. 1. siletur, cum Obr. retineat *oport.* *cuique. quoque* Flor. Amb. 2. Par. 1. Camp. fort. Amb. 1. *sit.* Sic, omisso *loco,* etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. Camp. *decet.* Ita Flor. a sec. m. Par. 1. *ab iis. ab his* Amb. 1. Flor. Guelf. Sich.

§. 9. *Nam nec ping. Namque p.* etiam Flor. *Namque nec p.* idem a sec. m. *aut fing. ac fing.* Turic. Flor. Guelf. Amb. 2. Camp. *nec denique. neque den.* Goth. *ars ulla. a. illa* Jens. et posterr. ante Cerv., exc. Tarv. Ald. *ordiendum. exord.* Amb. 1. *quid fiet. quod f.* Turic. a sec. m. Camp. *materia est. est mat.* Camp. *praecipimus. praecepimus* Amb. 1., ut voluit Franc. *dicimus. dicemus* Amb. 1.

Cap. X.

Inscriptiones sunt hae: *De generibus* Turic. Flor. Guelf. Goth. Bern. Jens. et posterr. ante Bad. *De generibus earundem* Amb. 1. *D. g. judicialium causarum* Bad. *D. g. j. controversiarum* Cervic. et reliqui.

§. 1. *Haec — illa.* Ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 5. Camp. Ordinem mutavit primum Colin. *aut ejusdem. autem ej.* Goth. cum Jens. Tarv. Ald. *ut in pec. aut in p.* Goth. cum Voss. 2. *aut diversi. a. diversa* etiam Flor. Camp. *simul et homic. et hom. sim.* Flor. Amb. 1. Guelf. Goth. Camp. (nisi quod in hoc *aut* pro *et*) Jens. et posterr. ante Gryph. *principum. principium* Turic. a pr. m. Tarv.

§. 2. *etiamsi. etsi* Guelf. *nisi si.* Ita Par. 1. 3. 4. *si* omitt. etiam Par. 5. Camp.

§. 3. *Rarum. Raro* Goth. cum Voss. 1. (an 2.?); Camp. ita: *Rarior est tamen usus, ut cet. praemium. primum* Camp.

§. 4. *quidam numero. numero* omitt. etiam Par. 4. *quae ἀντικατηγορία vocatur. αντικατηγοριας vocatur* Amb. 1., om. *quae. generi. genere* Guelf. a pr. m. Goth.

Id si et ipsum. Id si ips. Guelf. *et si id ips.* Ald. *debet. deberet* Camp. *duo erunt. ergo* inserunt Jens. et posterr. ante Badium. *erunt genera. gen. er.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. *quo litigat. quod lit.* Guelf. Amb. 2.

§. 5. *an defend. aut def.* Flor. Goth. *repellatur. repelletur* Amb. 2.; voc. omitt. Jens. Loc. Ven.

Cap. XI.

Inscriptiones sunt hae: *Quid sit quaestio, ratio, judicatio, continens, et quatenus necessaria* Amb. 1. Guelf. Gryph. et edd. post eum; idem correxit aliquis in nostro Jenson. exemplo, cum prius fuisset *Quid et quae sit rat.* cet., ut in posterr. ante Bad. *Quid et quae sit quaestio ratio* cet. Goth. Bad. *Quid quaestio et quae sit ratio* cet. Cervic. Sich. Colin. *Quid sit, quae sit oratio j. c. et quatinus n.* Flor. *Quid sit quis sit oratio* Turic. a pr. m.; sec. manus totum initium ita refinxit: *Quid sit et quis sit oratio judicatio continens is inventis intuendum et quatenus necessaria deinceps* etc.

§. 1. *continens id est συνέχον. c. i. e.* omitt. etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. *continens et sinechon* Par. 2. Camp. *συνέχον i. e. c.* Obr. [Malim *συνέχον, id est continens,* inverso ordine.] *credibiliter. credibile* Bad. Cervic. Sich.

§. 2. *An fact. — recte f. s.* Duo priora omitt. Tarv. *Q. f. s.* omitt. Ald. cum Goth. Duo posterr. om. Flor. Camp.; postremum tantum Amb. 1. Voss. 1. 3.

§. 3. *quaestionem ex q. quaestiones ex q.* Camp.

§. 4. *veluti. velut* Camp. *principalem. principale* Tur. *qua id quod. quia quod* etiam Flor. a pr. m. Camp. *quo sunt usi. quo non s. u.* Turic. *fere omnes. omn. fere* Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. *Orestes. Horestes* Guelf. Camp. Jens. Loc. Ven., et ita fere ubique. *Clytaemnestra. Clytaemestra* fere semper scribunt Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Camp. (qui praeterea habet *quia Clyt.*) Ceterum *Agamemnonem* in Turic. est sec. m. et in marg.

§. 5. *Agamemno* Amb. 2. cum Voss. 1. 3. *eadem in contr.* *in contr. ead.* Turic. Camp. *vertant.* *vertunt* etiam Par. 2. *haec init.* *hoc init.* Guelf. Camp.

§. 6. *αἴτιον ἐξ αἰτίου.* *αἰτ. ex αἰτ.* Amb. 1. Jens. et posterr. ante Bad. *est, Occid.* *quare* inserit Guelf. *pellicem.* *paelicem* Flor. Amb. 1. 2. *Iidem.* *Idem* Flor. Guelf. Amb. 2. Loc. Ven. Bad. *plures esse.* *e. pl.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *rationes.* *quaestiones* etiam Flor. a pr. m.; Camp. omittit vocem. *matris nec. caus.* *caus. m. nec.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Goth. Camp. Jens. et posterr. ante Gryph.

§. 7. *una causa.* *causa* omitt. Camp. *et judicationes:* *et* omitt. Amb. 1. *occidisset* omitt. Flor. a pr. m. *tum effug.* *jam eff.* Sich.

§. 8. *referuntur.* Ita Par. 3. 4. Camp. Sich. *referantur* Par. 1. 2. *referentur* etiam Colin.

§. 9. *appositissimam.* *potissimam* Flor. a sec. m. *potentissimam* Amb. 1. *ad potiss.* Flor. a pr. m. Amb. 2. *id videtur — quaeritur.* Haec repetunt Turic. a pr. m. Amb. 2. post *quibusdam* posterius. *firmissimum.* *firmissimam* Jens. Tarv. *firmissam* eodem errore Loc. Ven.

§. 10. *Nam quae.* *Namque* Turic. Amb. 2. *At — tractatur.* *aut — tractetur* etiam Flor. Amb. 1., posterius tantum Par. 1. a sec. m. 5. Amb. 2. Camp.; prius jam in Turic. a sec. m. correctum est. *Idque et.* *et* omittit Camp.

§. 11. *Nam in.* *N. et in* Guelf. Jens. et posterr. ante Gibs., exc. Ald. *ibi ergo jud.* *ubi e. judicatio?* Bad. Cervic. *At in q.* *Et in q.* Goth., solus. *hic judicatio.* *hoc jud.* Turic. *haec jud.* Camp.

§. 12. *ac familiae.* *et fam.* Amb. 1. Guelf. Camp. *ut merito ab ea.* *merito* omitt. etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 2. 5. Camp. Sich. Itaque non amplius dubium esse debet, quin abjiciendum sit. Sed legitur in Par. 1. *sui potissimum.* *pot. sui* Amb. 1. *sui* omitt. etiam Par. 5. Amb. 2. Camp. Colin.

§. 13. *consumserit.* *consumpserunt* Camp. *ne concionetur.* *nec contion.* Alm. *nec continetur* Flor. *nec continentur* Turic. Camp. *ne continetur* Amb. 2. cum Voss. 3. Bern., unde satis apparet, scripturam vocis per *t* litteram, quae eadem est in *contione* apud Turic. originem depravandi dedisse. *An qui sic.* *An qui sit* Amb. 1.; Camp. cum sequentibus ita conjungit: *an sit qui velit.*

§. 14. *Vel, ut.* *ut* omitt. etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 2. 5. *Arunci.* Ita Par. 1. 2. 4. *Aruntii* Camp. *arrunti* etiam Flor. Amb. 1. 2. *C. Lusium.* Praenomen omitt. nostri omnes. *lysium* Amb. 1., ceteri *lusium.* *inferentem.* *referent.* Camp. *indemnatum.* *idem iratum* Guelf.

§. 15. *insidias fecerit.* *Miloni* inserit Camp.

§. 16. *consumserint.* *consumserunt* etiam Par. 2. Goth. *prohibendi.* *prohibenda* Turic. Flor., a pr. m. uterque.

§. 17. *Quid? non in.* *Q. vero in* Camp. *in* omitt. Flor. *refertur.* *referatur* etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4. Camp. *et recessum est.* *est rec. et* Flor. Par. 1. *est recess. est* Camp. *est recessum* (om. altero *est*) Amb. 2. *recessum est* (om. *et*) Amb. 1. *a quaestione.* *e qu.* etiam Camp. *a e qu.* Flor. a pr. m. *erat constituta: hic quaestio.* *erat et hic const. qu.* Amb. 1. *erat hic et c. qu.* Camp. *erat hic const. qu.* Flor. Amb. 2. Recepta est in Par. 1.

§. 18. *etiam Cic.* *et Cic.* Turic. Camp. *Nam in Rhet.* *Nam et i. Rh.* iidem. *supra.* *superius* etiam Flor. Camp. *hermagoran* Amb. 1. *contentionem.* *contionem* Flor. Guelf. *qua de re.* *d. q. re* etiam Colin.

§. 19. *continens, quod.* *quod cont.* Flor. *a reo.* *ideo* etiam Flor. a pr. m. Amb. 1. (in hoc tamen *i* est sec. m. supra lituram) Camp. Tarvis. *ex rationis et firm.* *e. rationibus firm.* Camp. *brevius, qui.* *hi* inserit Amb. 1. *idem* omitt. etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 5.; in Camp. videtur esse. *voluerunt.* *voluerint* etiam Flor. Amb. 2. *possit.* *posset* Flor. Quae ed. Tarv. hoc loco omittit, duabus paginis ante inserta reperiuntur, cum justum unius lineae spatium impleant.

§. 20. *Hoc — videntur — complexi.* Ita Flor. Amb. 2. Par. 5. Camp., haud dubie Amb. 1. *hac — videntur — complecti* Par. 1. *hi — complexi* primus dedit Colin. *utramque causam.* Transponit Camp. *Iidem. Idem* Turic. Guelf. Camp. Amb. 2. *judicat. et judic.* Camp. *existimarunt. existimant* etiam Par. 1, 2. Colin. *existimaverunt* Par. 3. 5. Camp. Sich. *Neque enim.* Ita Flor. Amb. 1. Camp. Sich. Colin. *eorum. rerum* Camp.

§. 21. *ambitiose laboret. ambitioso labore* primi dederunt Sich. Colin. *laborat* etiam Amb. 1. *docendi.* Ita Amb. 1. Camp., sine dubio Turic. Flor. qui silentur. *dicendi* Par. 1. Obr.

§. 22. *laborarunt. laboraverunt* Goth. Camp. Jens. et posterr. ante Stoer.; exc. Sich. *admirandus. mirandus* Amb. 1. *aliq. non ind. sit sit.* omitt. Turic. a pr. m., dein *sit al. n. ind.*; ita ediderunt Camp. Obr.; recepta est in Amb. 1.

§. 23. *et vel ideo — via. ideo* omitt. Camp. *et vel ludico multo ideo via* Turic. *et vero lucidior m. v.* Colin. *neque disc. nec d.* Jens. et posterr. ante Stoer. *diducendo. ducendo* etiam Flor. Camp. fort. Amb. 1. *deduc.* Par. 1. 3. Recepta est in Par. 2. *veniat. venerit.* Camp. *est intuendum. est* omitt. Bad. Cervic. Colin.

§. 24. *Nec est. Neque est* etiam Flor. Amb. 1. Camp. *ab illis. ab aliis* Obr., non addic. Amb. 1. *et de quo. ex quo* Turic. a pr. m. Flor. Alm. *ex qua* Turic. a sec. m. Camp. cum Bodl. Andr. (nam quod Gibs. hanc varietatem ad posterius *de eo* refert, haud dubie error est). *de eo.* Flor. a pr. m. *ideo.*

§. 25. *utcunque. utrunque* Goth. Camp. *in controversia. intra controversiam* etiam Camp. Recepta est in Amb. 1. *dic. de iis. d. de his* Flor. Amb. 1. Goth. Guelf. Amb. 2. Sich. *d. his dic.* Camp.

§. 26. *Nec tam.* Ita Camp. *N. tamen* etiam Flor. Par. 1. *continens. continentes* Turic. a sec. m. *ut intueamur. ut* omitt. Guelf. *aut certe. a. certa* etiam

Flor. Amb. 2. Par. 1. 5. Camp. *respiciamus. recipiamus* etiam Flor. Camp.

§. 27. *quaestio, item. quaestionem* Obr. Receptam tuetur Amb. 1. *ut status. ad* inserit Guelf. *referuntur.* Sic Par. 5. Camp. *referantur* etiam Par. 1. 2. *dicimus.* Ita Par. 1. 2. *diximus* Par. 5. Camp. Sich. *In universum. in* omitt. Turic.

§. 28. *erant* omitt. etiam Obr., (ex Argent. ut videtur) Camp., qui deinde post *tradita* inserunt *sunt.* Recepta est in Amb. 1. fort. etiam Flor. *a scriptoribus. a* omitt. etiam Flor. Par. 1. Camp. *essent. sint* etiam Flor. Camp. fort. Amb. 1. *prooemia.* Ita jam Camp. *prima* Flor. Par. 1. 2. 5.; Amb. 1. locum ita exhibet: *a prima, id est exordio, incipiet.* In ultimo consentiunt cum eo Voss. 3. Ald. [Et optime Amb. nam *concipere* non est idem quod *continere.*]

SUPPLEMENTA

EDITIONIS SPALDINGIANAE

QUAE PERTINENT AD

VOL. II.

LIB. IV.

Inscriptio hujus libri in Amb. 1. haec: *Libro IIII haec continentur.. Prooemium. De exordio. De narratione. De egressione. De propositione. De partitione.* Turic. eadem dat, nisi quod omitt. *lib. — cont.* Jens. Tarv. Ald. eadem, nisi quod om. *lib. — prooem.*, et semel tantum praefigunt *de.* Bad. Cerv. Sich. *M. F. Q. — lib. 4. qui de exordio n. e. pr. p. est.* Reliqui inscriptione carent.

PROOEMIUM.

§. 1. *Marcelle Victori. marce victori* Amb. 1. *M.* (sic, sola litt.) *vitori* Amb. 2. *m. victori* Flor. *et jam. etiam* Guelf. Voss. 1. 3. Camp. *novae. nova,* quod optabat Spald., est in Amb. 1. *nove* Amb. 2. *emererer. mererer* Amb. 1. *velut stud. vel st.* idem. *nostra. contra* etiam Flor. a pr. m. *dom. usu.* Ordinem invertit Camp. *disciplinam formare* jam est in Sich. Colin.

§. 2. *quoqui oneris. on. quoq.* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. Camp. Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Sich., qui omittit *quoque.* [Optime, ut *honos* et *onus* veteri proverbio opponantur.]

§. 3. *videar. videat* Jens. Loc. Ven., qui error ne in Tarv. quidem est. *eloquentia. loq.* Amb. 1. *quoque* omittit Goth.

§. 4. *provecti. profecti* Turic. a sec. m. Camp.

§. 5. *quoque profecto.* Illud omitt. Sich., hoc Flor. *in initio. initium* etiam Flor. *in* omittunt Par. 1. 2. 3. 4. Amb. 2. Camp., haud dubie Amb. 1. *quo primum.* Ita Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. *feceram.* Sic Flor. Amb. 1. 2. *fecerim* primus dedit Sich. *deos* omittit Amb. 2. cum Voss. 1. *ipsumque. ipsum quoque* edd. ante Ald., exc. Camp. *neque stud. nec stud.* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Camp. *proprium.* Ita Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4. *propitium* Flor. a sec. m., fort. Amb. 1., qui siletur (in

Obr. ed. est *propit.*); cum hoc enim solet facere Flor. a sec. m. cf. mox cap. 1. §§. 3. 8. 24. 28. *adjecit.* Flor. a pr. m. *adicit*, i. e. *adjicit.* *volens.* Amb. 1. a sec. m. in marg. *voluit* tanquam variam lectionem.

§. 6. *alioqui.* Sic Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. 4.; Par. 5. *alia qua.* *procedit.* *procredit* etiam Amb. 2. *progreditur* Camp. apud Pottier. *quae sunt maxime.* *sunt* omitt. Turic. Flor. a pr. m.; a sec. m. *q. m. sunt.* *ac multiplices.* *atque m.* Amb. 2. Camp. *prooem. sit off.* Ita primus dedit Sich.; etiam Flor. et Amb. 1. 2. nihil variant. *prob. sit fides.* *sit* omitt. Amb. 1. *seu contra.* *sive c.* Turic. Alm. Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *reficienda.* *refricanda* Par. 1. *est longe.* *l. e.* Goth. *commovendi.* *common.* Flor. a pr. m. *commovenda* Turic. a sec. m.

§. 7. *complures.* *plures* Guelf. *infinitum mihi.* *finitimum*, omisso *mihi*, Flor. Amb. 2. Par. 5. *infinitum*, sed item om. *mihi* Flor. a sec. m. Par. 1. 3. 4. fort. Amb. 1. *deficiemur.* *deficiemus* etiam Flor. Amb. 1., a sec. m. uterque.

Cap. I.

Inscriptio: *de exordio* in codd. et edd. omnibus, nisi si quae nunquam inscribunt.

§. 1. *προοίμιον.* *prooemium* lat. litt. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. et edd. ante Ald. *quia a nostr.* *quod a n.* Par. 5. *quo a n.* Sich. Recepta est in Amb. 1. *initium modo.* Haec transponunt Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Ald. *illi satis clare.* *illis satis claret* Amb. 1. *dic. sit.* *dic. est* Camp.

§. 2. *certamen.* *carmen* jam dedit Badius, nihil monens ille in notis, et post eum Colin. *cognominaverunt.* *vocaverunt* est in Flor.; receptam primus dedit Sich. *judicum animos.* Turic. a pr. m. *judicium animo.* *signarunt.* *signaturi* etiam Flor. dat.

§. 3. *iidem.* *idem* Turic. Amb. 1. 2. Guelf.; primi illi fere semper ita scribunt. *ingressum.* *ingresso* Turic.

a pr. m. *ingressae* Flor. a pr. m. *apud judicem — prosit.* *ap. jud. dici — possit* Amb. 1. Flor. a sec. m. Par. 1. *quod exordio.* *qui ex.* Camp. *semper* omitt. Flor. a pr. m. Jens. et posterr. ante Sich., exc. Ald.

§. 4. *Cujus rei.* *cui rei* Amb. 1. *decl. illa.* *decl. illam* etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 5. *potest — raro.* Turic. ita: *pot. quidem primis raro*, quod Obr., ex Argent. profecto, recepit, colo distinguens post *quidem.* In Amb. 1. reperitur recepta. *raro unquam.* *raro nunquam* Par. 2. 3. *raro vel nunq.* etiam Colin. Recepta est in Par. 1. 4. 5. et nostris codd., ut videtur, omnibus. *aliunde jam.* *jam al.* Amb. 1.

§. 5. *est alia.* *alia est* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. Camp. Jens. et posterr. ante Stoer. *auctores.* *actores* Turic. Flor. Bern. Amb. 2. *benevolum.* *beniv.* Flor. Guelf. Amb. 2. Goth. et edd. vett. Cf. 3. 7. 24. not. crit. *ista non.* Ita inter edd. ante Stoer. jam Colin. *initiis.* *in init.* Par. 1. cf. prooem. §. 4. not. crit. *praecipue.* *maxime* Goth. Voss. 2. Colbert. Jens. et posterr. ante Stoer., exc. Sich. *per quae.* *p. quem* Turic. Alm. Voss. 3. *admittimur.* *admittamur* edd. ante Bad., exc. Camp.

§. 6. *Benev. aut a.* *B. autem a* Goth. Jens. Tarv.; correxit Regius.; *a* omittit Turic. a pr. m. *ducimus.* *duci* Guelf. Amb. 2. *accipimus.* *accepimus* iidem cum Turic. Flor., (a pr. m. utroque) Alm. Inde Stoer. Chouet. dant: *pers. aut a c. duci accepimus.* *Sed personarum non.* *Pers. vero* (omisso *sed*) Guelf.; *non* omitt. Turic. a sec. m. Camp. *crediderunt.* *crediderint* Jens. Loc. Ven. *tantum* omitt. etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. 4. Camp. *et adv.* *et jud.* Prius *et* omitt. Sich. Colin. Gryph.; *ex adv.* *ex jud.* Camp.

§. 7. *etiam — enim pauc.* In Flor. a pr. m. eadem omissio est, quae in Turic. Alm. *creditur.* *credatur* Colin., solus quantum video. *continget.* *contingit* etiam Flor. fort. Amb. 1. *aut alic.* *vel alic.* Goth. [Conferri jubebat de potestate vocis *exempli* Spald. Cic. epist. ad Att. XIV, 17

neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum.] *ipsis litig.* Flor. a pr. m. *ipsis litig. ipsis.;* sec. m. delevit prius.

§. 8. *quaedam i. h. quoque.* Camp. *quoque i. h. quidem.* *in his. in iis* Goth. Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Sich. *agent. contra.* Ita Flor. cum Amb. 1. 2. *ingentes* etiam Amb. 1. Flor. *infirmos et impares. et* omitt. Turic. Flor. Guelf. Goth. a pr. m. Amb. 2. *infirmos imparatos impares* Amb. 1. (nisi quod duae postremae litterae sunt a sec. m.) In Flor. marg. additur *† (vel) impares †* *imparatos; inf. imparatos et impares* Tarv. Ald. Colin. Basil.

§. 9. *justitiae suae. justitia sua* Jens., quod iam in Tarv. correctum est, et Regius etiam emendat. *inde. indie* Turic. Flor. a pr. m. uterque. *occultandam. occultam* Tur. Camp. *multum. multo* Guelf. Amb. 2. cum Voss. 3. Ald.

§. 10. *praecipue.* Ita Par. 1. *praecipueque* etiam Colin. fort. Amb. 1. *adversa.* Ita Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. 4. *aversa* primi dederunt Sich. Colin. *judicum. judicium* Turic. a pr. m. cf. §. 2. *possunt. possint* etiam Flor. Amb. 2. Guelf.

§. 11. *in judicem. in* omitt. Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. Alm. cum Voss. 1. 3. *sed quod omnino. s. ne q. o.* Amb. 1. Tarv. Ald. Colin. *s. q. ne o.* Flor. a sec. m. *nisi fieret. nisi* omitt. Turic. Flor. Alm. *Etiam. etenim* Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4. *exordio. in ex.* Guelf. *ac gratiam. ad grat.* Turic. Flor. Alm. Amb. 2. Guelf. Par. 1. Voss. 1. 3. Bern. Camp. Recepta est in Goth. Voss. 2. *et gr.* Amb. 1. *fingendo, ut. et* inserunt Jens. et posterr. ante Ald. *Asinius. asinus* Turic. *asinius* Alm., deinde Turic. *prout Urb. Urbiniae. Urbinae* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. (nisi quod hic *urbine*). *malae causae.* Ordinem permutant Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Loc. et posterr. ante Sich., quibus accod. Colin. *causae male* Guelf. Goth. Jens. Tarv. Sich. Gryph., ut *male* ad *posuit* referatur.

§. 12. *Negat. Negabat* Tarv., sola. *esse prooem. pr. esse* Turic. Guelf. Amb. 2. *quia. quae* Guelf. Camp.

Sich. *qui* Jens. Tarv. Loc. Ven. *sint.* *sunt* Camp. cum Voss. 1. *cum auctor.* *tum auct.* edd. ante Bad., exc. Camp. *oratorum.* *auctorum* edd. ante Stoerium, exc. Camp.; codd. videntur omnes receptam dare. *ad causam.* *aut c.* Flor. a pr. m. cum Alm. *iis.* *his* Amb. 1. Goth. *etiam facil.* Ita Flor. Amb. 1. *eam fac.* Amb. 2.

§. 13. *tum dign.* *cum dign.* Goth. Camp. *sua, quam.* *suam q.* Turic.; idem a sec. m. *suaque tanquam.* *Multum agit.* *M. ait* Turic. a pr. m. *multo magis* Amb. 1. *in feminis.* Sic Par. 3. 4. *ut fem.* Flor. a pr. m. *ut in fem.* Amb. 1. Flor. a sec. m. Par. 1. 2.

§. 14. *e contrario.* *e* omitt. Flor. a pr. m. Turic. Alm. Camp. *contemtio.* *contemtus* (vel *contemptus*) Turic. Flor. Goth. Voss. 2. Par. 1. 4. et edd. ante Stoer., exc. Sich.; veterem lectionem reduxit Obr., a quo non recedit Amb. 1., Recepta est in Guelf. Par. 2., et ut videtur Voss. 1. 3. Amb. 2. [Ejicienda igitur hinc videtur *contemtio,* quae nec alibi apud Quintilianum pro *contemtu* invenitur].

§. 15. *Neque haec.* *N. id* Guelf., propter male intellectum *quod;* ex eadem causa Camp. *dantur.* *satis est.* *sat est* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Camp. *pleraque.* *pluraque* Jens. Tarv. Ald. *aut min.* *ac min.* Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Camp. *munienda* Turic. a sec. m., qui error recurrit §. 27. *illud causae.* *illa causae* etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 3. 4. Ald. Recepta est in Par. 2.

§. 16. *quod et fieri.* *et* omitt. Turic. Flor. Camp. *et est.* *si* inserunt Turic. Camp. *tamen* omitt. Guelf. *sed si laud.* *si* omitt. Turic. *nostrae causae.* Haec transponunt Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Sich.

§. 17. *lenes.* *leues* Guelf. et edd. ante Ald., exc. Camp. *remissi erunt.* *remiserunt* Turic. Flor., (a pr. m. uterque) Alm. *causam.* *causas* Guelf. Camp. cum Voss. 3.

§. 18. *Accidit.* *Accedit* Camp. *ut aut nobis.* *ut aut a. n.* Turic. a pr. m. *ut a nob.* Tarv. *adversario.* *adversariis* Flor. a sec. m. (a pr. m. *eversariis*) Amb. 1. Camp. *adversarius* Turic. Alm. *nescio an ei.* *nescio etiam ei* Turic.

Flor. a pr. m. Alm. *n. an etiam ei* Amb. 1. Flor. a sec. m. *n. an et ei* Ald. Sich. *videtur. videatur* Amb. 1. *pravis judicibus. pravus* Par. 3. *parvus* Flor. a sec. m. Amb. 1. Par. 1. *pravis* Flor. a pr. m. Amb. 2. Par. 2. 4. 5., qui omnes omittunt *judicibus.* *pro his. pro iis* Turic. Amb. 2. Goth, et edd. ante Sich., exc. Camp. *gerant. gerunt* in Turic. est tantum a sec. m.; recepta est in Amb. 1. *rerum suarum.* Haec transponunt Turic. (nisi quod hic *earum rer.*) Flor. Guelf. Camp.

§. 19. *Septimio. Septimino.* Turic. Flor. Amb. 1. 2. *septimno* Goth. *ipsam causam. ipsam eam* etiam Flor. Amb. 1. 2. Idem videtur esse in Par. 1. 2. 3. 4., e quibus hoc tantum notatur, omitti ab iis *eam*, quod in vulgata lectione ante *ipsam* ponebatur. *ratio est. Advers.* Haec omitt. etiam Flor. Amb. 2. In Amb. 1. videtur esse recepta.

§. 20. *si quam praecipue. pr. s. q.* Amb. 1., male. *contra se disposita. d. c. se* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. et posterr. ante Gryph. *putarent.* Sic Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 3. 5. *putarentur* est in Par. 2.

§. 21. *modus alter. a. m.* Guelf. *frequens est et. est* omitt. Flor. Guelf. Goth. Amb. 2, Camp. Jens. et posterr. ante Stoer., exc. Sich., quibus acced. Obr., fort. Amb. 1. *populus Rom. praetor* etiam Amb. 1. *consilio.* Sic Flor. Amb. 1.

§. 22. *Quod si nec. exigit.* Guelf. Sich. *quae n. exig.*, et haec prioribus annectunt.

§. 23. *Virginius. Vergin.* etiam Flor. Amb. 2. Bern. *Theodoro. Theodora* Flor. a pr. m. Tur. a pr. m.; in hoc a sec. m. *Theodorae.* *tradit. traditur* Flor, cum Alm. *sing. quaest.* om. Amb. 2. *in prooemium* om. Camp.

§. 24. *nec omn. actio pat.* Haec omittunt etiam Flor. a pr. m. Amb. 2.; in Amb. 1. Flor. a sec. m. Par. 1. est *quaestio* pro *actio.* *lis est.* Transponit Camp. *prius. primus* Alm. *primo* Turic. *exigit. exiget* Amb. 1. *in prooemio* omitt. Amb. 2.

§. 25. *durior causa.* *durior* omittunt etiam Flor. a pr. m. Amb. 2.; in Amb. 1. videtur esse. *non ante.* *nonnisi ante* etiam Sich. *nuda.* *nudum* Turic. *nutu* Flor., a pr. m. uterque. *semper init. dic.* *in. dic. s.* Goth.

§. 26. *nonnunquam.* *nunquam* Turic. Alm. Amb. 2. Bern. Voss. 1. 3. Par. 1. Camp. *quae erunt.* *quaerit* Turic. *quaerunt* Flor. Alm. *querunt* Amb. 2. *in exordio.* *in* omitt. Turic. Camp. *quae sint.* *quod s.* etiam Flor. a pr. m., a sec. receptam. *favorabilia.* *favorabiles* etiam Amb. 2. *quoniam.* *quae* praeter memoratos habent Amb. 2. Par. 2. *cujusque.* *uniuscujusque* Par. 1. cum Voss. 3.

§. 27. *haec invenire.* *hoc inv.* Goth. cum Voss. 2. et edd. ante Colin., exc. Camp. Ald. *laedit.* *legit* etiam Flor. a pr. m. *minuere.* *munire* Turic. *sive quid.* *si quod* Amb. 1. Jens. Tarv. Ald. Sich.

§. 28. *Neque enim.* Sic Flor. Amb. 2. *in illo.* *in* omitt. Turic. Flor. cum Alm. *dicantur.* *tractantur* Guelf. *dicentur* Amb. 1. *in ingressu.* *in* omitt. Turic. a pr. m. Amb. 1. Guelf. *praetentanda est.* *praetent. sit* jam praebet Amb. 1. *pignora eorum.* *p. reorum*, quod conjecit Spald., habent Amb. 1. Flor. a sec. m. *quae minus.* *quae* omitt. Turic. Flor., a sec. m. uterque. *exordiis.* *in ex.* etiam Flor.

§. 29. *tantum, verum.* *animum* inserunt edd. ante Bad., exc. Camp.; codex, ut videtur, nullus.

§. 30. *ex iis.* *ex his* Turic. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. Camp. *casu laedi.* Sic plane Amb. 2. Par. 4. 5. Sich.; sed *causale duci* Amb. 1. (qui post *causam* demum interpungit) Flor. a pr. m. *causa dici* Flor. a sec. m. Par. 1. 2.

§. 31. *extra pertinet.* *e. pertinent* Amb. 1., qui etiam infra videtur dare *pertinent*, cum Obr. et aliis apud Burm., non addicentibus Turic. et Flor. *enumerentur.* *enumerem* etiam Flor. Par. 1. fort. Amb. 1. *Fama.* *infamia* Amb. 1. *nihil enim.* *n. autem* Par. 1. 2. cum Goth. *causa est, ad* omitt. Turic. Flor. a pr. m.

§. 32. *oratione.* Sic etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. *accusator actione.* Ordinem invertit Amb. 1. *prae-*

scripserit. Ita Flor. Amb. 1. Par. 1. 2. 3. *praescripseris* Amb. 2. *praescripserat* Amb. 2.

§. 33. *quia—facit. quae—faciunt* Goth. cum Jens. et edd. ante Stoer., exc. Sich. *magna, atrox.* Invertit ordinem Camp. *attentum quoque. quoque* omitt. Turic. Alm. Amb. 1. 2. Voss. 2. 3. cum edd. ante Colin., exc. Camp. Bad. Cervic. *credemus. credimus* Turic. Flor. Amb. 1. Goth. et edd. ante Stoer., exc. Camp. Sich.

§. 34. *neque—neque. nec—nec* Goth. Jens. et posterr. ante Sich. *indicarimus* dant etiam Flor. a pr. m. Amb. 2.

§. 35. *istius rei. is ejus rei* Amb. 1. *quidque. quoque* Turic. Flor. (hi praeterea *sic* a pr. m.) Alm. Guelf. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern. *dicturus sit. s. dict.* Goth. cum edd. ante Colin., exc. Camp. Tarv. Ald. *ostendat.* Hinc lacuna in Amb. 2. usque ad verba *Verum ex his*, §. 39. *possit ap. orat. ap. or. p.* Goth. cum edd. ante Gryph., exc. Camp. *possis* Turic. a pr. m. *pro A. Clu.* Omittunt *A.* etiam Flor. a sec. m. Par. 1. 2. Camp., retinent Flor. a pr. m. Par. 5.

§. 36. *mihi niti. mihi inniti* Amb. 1. *diffidenter. difficulter* Amb. 1. *est haec. haec est* Jens. et posterr. ante Gryph., nullo cod. addicente, nisi quod Voss. 2. omittit *est.*

§. 37. *contingit. contigit* Flor.

§. 38. *doc. et attentum. d. e. intentum* etiam Flor. Amb. 1. Par. 2. 5. [Antea fuerat *facere attentum ac docilem*, sed variare orationem convenit, et cap. 2, 24 *docilior, intentior* conjungitur.] *Quid ergo? Imm. est* inserunt etiam Flor. Amb. 1. *elevanda. levanda* Par. 1. 2. Sich. *laevanda* Amb. 1. *levianda* Flor. *lenienda* Par. 5. *contemnenda. contendenda* Amb. 1. (qui mox: *quae—praestatur.*) *remittendum* Turic. a pr. m. cum Alm.

§. 39. *minus se in rem. se* omittunt etiam Flor., fort. Amb. 1. *ex iis. ex his* Amb. 1. Guelf. Goth. Camp. et posterr. ante Colin., exc. Ald. Bad. (hic *eis*) Cervic. *proposui. proposuimus* praeter memoratos dant Flor. Amb. 1.

§. 40. *quinque* omitt. Jens. *Sunt, quibus* — *videatur.* S. *quibusdam r. vid.* Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. cum Alm. *Quibusdam videtur* (omisso *Sunt*) Amb. 1.; in hoc tamen *dam* est a sec. m. profectum.

§. 41. *in admirabili.* *in* omitt. etiam Flor., fort. Amb. 1.

§. 42. *Et co.* *et* om. Amb. 1. *quidam exord.* *quidem* dant etiam Par. 1. 2. 5. Amb. 2. Hinc originem traxit *dividitur*, quod pro *dividunt* est in Voss. 2. Goth. Par. 2. 3.

partes, princ. Inter haec repetunt *in* Goth. Voss. 2. cum edd. ante Gryph., exc. Camp. Sich. *ut sit.* Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. *ut sint* cum Alm. *in principiis.* *in principio* habet etiam Par. 2. *quae quia esse.* *quia* omitt. etiam Flor. a pr. m. Amb. 2. (hic praeterea *est* cum Turic. Alm., non accedente Flor.) Par. 2. 5. *causae genere.* Ordinem mutant Camp. et rell. ante Stoer. *animis.* Turic. Flor. a pr. m. Amb. 2. *animus;* inde *animos* Flor. a sec. m. Jens. et posterr. ante Bad. *frons.* *fors* etiam Flor. Amb. 2., *sors* Par. 1. cum Voss. 1. *quia hominibus.* Goth. inserit *ab* cum Voss. 2. Jens. et posterr. ante Gryph. exc. Sich. *aut si facie.* Etiam Flor. a pr. m. om. *si.* *quoque ipsa.* Ordinem invertunt Guelf. Goth. cum edd. ante Gryph. exc. Camp. *invidiosa consistentis.* Sic etiam Flor. (nisi quod a pr. m. dat *consistens*) Amb. 1. 2. *caeci, infantis.* Ordine inv. Guelf.

§. 43. *Et quidem.* Par. 2. *quidam,* Par. 1. receptam tuetur. *materiasque.* Goth. *modosque* cum Voss. 1. (nisi 2. esse debebat). *ipsi sibi.* Amb. 1. Goth. cum edd. ante Stoer., exc. Camp., ordinem invertunt. *et ad morem.* Etiam Flor. a pr. m. *et amorem.* *persequuntur.* *prosequuntur* etiam Amb. 2. et rell. omnes, nisi fallunt excerpta. *hae, cum.* *haec cum* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Sich. Gryph. *cum haec* Goth. Voss. 2. cum Jens. et rell. ante Stoer. Inde ortum est *extrahenda* in Camp., quod ex emend. Regii Bad. Cerv. Gryph. receperunt. *comprehendantur.* *comprehenduntur* Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. Amb. 1. Guelf. Voss. 3. Bern.

§. 44. *Illud — praeceptum sit.* Ita Par. 2., sed *ill. — praeceperim* Amb. 1. 2. Par. 5. Sich., *ill. — praeceperimus* Flor. (nisi in hoc est *aliud*) Par. 1. *ab iis. ab his* Amb. 1. Goth. Guelf. Camp. Sich. *prosunt. prosint* Goth. (sive potius Guelf.) cum Par. 1. Sich. *Si causa.* Goth. inserit *enim* cum edd. ante Gryph., exc. Camp. Ald. Sich. *laborabimus.* Goth. *laboramus* cum Voss. 2. et edd. ante Sich., exc. Camp. *quid adversar.* Flor. a pr. m. *qui adv.*

§. 45. *In iis. in his* Amb. 1. Guelf. Camp. Sich. *poterunt.* Turic. a pr. m. *potuerunt* cum Flor. a pr. m. (sec. m. vulg.) Alm. *potuerint* Turic. a sec. m. Amb. 1. Camp. *elaborandum ut.* Turic. et Flor. a pr. m. *elabo ut*; Turic. a sec. m. *elaborare ut*; Flor. a sec. m. *elaboratum ut*, a m. tert. vulg. *Ideoque agere.* Camp. *idque ag.* *utiliter etiam.* Ordinem invertit Camp.

§. 46. *Nam se quoque.* Turic. Flor. a pr. m. Alm. omittunt *se.* *aditum. aditus* etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 5. Recepta est in Par. 2., fort. Amb. 1. *faciat — induat.* Sic Par. 1. 3. 5., et sine dubio Flor. Amb. 1.; recte, nam inest significatio ejus quod optat fieri scriptor; *facit* etiam Par. 2. *hoc primum.* Ordinem invertit Goth. cum edd. ante Stoer., exc. Camp. *intuemur. intueamur* etiam Par. 1. *nam in schola.* Sic etiam Flor. a pr. m., fort. Amb. 1.; *id* inserit Flor. a sec. m. Par. 2.; *illud* Par. 1. Colin. *suae rei.* Sic etiam Flor. Amb. 1.; *sui rei* Amb. 2.

§. 47. *Hi sunt — qui.* Turic. *hae s. — quae*; inde Obr. (ex Argent., ut videtur) *haec — quae,* non accedente Amb. 1. *perfertur.* Sic etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. Voss. omn. Bern. *qua sui. quam s.* Goth. Camp. Jens. *quanta* Flor.

§. 48. *adversarii actio.* Turic. a pr. m. *adversari a.*, Flor. a pr. m. Alm. *adversaria actio.* *occupavit, si.* Ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. *occupaverit si* Par. 4. Sich. *fatigatos. fatigatores* Flor. a pr. m. Turic. *eludendo.* Sic etiam Par. 3. 4. Flor. a pr. m.; *eluendo* Flor. a sec. m. Amb. 1. a sec. m. (quid prius fuerit, non liquet)

Par. 1. 2. *alterum et spe. et* omitt. Guelf. Amb. 2. *et iis. et his* Amb. 1. Guelf. Camp. Sich.; utrumque omitt. Amb. 2.

§. 49. *Et urbanitas. at urb.* Camp. *judicis.* Par. 1. *judici* cum Guelf. *etiam est.* Ordinem invertit Guelf. *videntur.* Camp. *viderentur* cum Par. 2. *mirari* Tur. Flor. Amb. 2. cum Voss. 3. *descenderit: deinde. desc. inde* Amb. 1. *ipsam sociorum.* Amb. 1. inserit *esse*, quod optabat Gesnerus. *defensionem.* Tur. a pr. m. Flor. a pr. m. *defensorem* cum Alm. πρόληψις. Latinis litteris etiam Amb. 2., graecis Amb. 1.

§. 50. *nunc a declamatoribus.* Turic. a pr. m. *n. acdamat.*, a sec. m. *n. acdamat.*, Camp. *n. acclamat.*, *tres. tris* etiam Par. 1. 2. 5. *de quibus diximus.* Amb. 1. *d. q. supra d. partes.* Hanc vocem omitt. Flor. a pr. m. *ad causam — opinione.* Haec omitt. Amb. 2. Simili errore Turic. Flor. Alm. Guelf. pro *de ipsa causa* dant *ad causam. tum iis. cum iis* Turic. Amb. 2. Bern. *cum his* Flor. Guelf. *tum his* Amb. 1. Sich. *controversiae constant.* Ordinem invertunt Goth. et edd. ante Gryph., exc. Camp. *factis, dictis.* Camp. ord. invertit.

§. 51. *haec tria gen. tria* omittunt etiam Amb. 1. 2. Par. 5. cum Voss. 1. 3. Sich. *reperio.* Flor. *reperiam.*

§. 52. *perfici.* Etiam Flor. *perspici* cum Amb. 1. Par. 1., *prospici* Par. 5. *dicturus.* Flor. a pr. m. *docturus* cum Alm., a sec. m. *dicturos. quid, apud.* Turic. Flor. a pr. m. *quia ap.*; Flor. a sec. m. Amb. 2. Bern. Camp. *qui ap.*; Amb. 1. *cui ap. incipiamus.* Sic Par. 1., sed Flor. Amb. 2. (haud dubie etiam Amb. 1.) Par. 2. 3. 4. *incipimus. quid aut desid. aut* omitt. etiam Flor. Amb. 1. *natura eo ducet.* Amb. 2. omitt. *eo* cum Voss. 1. 3. Bern.

§. 53. *quod coeperit.* Amb. 1. *quo coeperunt*, posterius cum Flor. Amb. 2. Par. 3. *quod coeperint* Par. 1. 2. 5. *succurrit.* Ita Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. 4. *exordium. Multa.* Turic. a sec. m. *exordia m.*, quem sequuntur Camp. (hic mox *aut* habet pro *autem*) Guelf. Sich. (hic *ex. autem m.*) *ex aliis partibus — causae.* Amb. 1. omitt. *ex al. part.*, deinde habet *sunt et aliis p. c.*; similiter Loc. Ven.

et al. part. sunt c. *in quaque.* Par. 5. *in quoque*, Par. 2. *in quoquam* (ex hoc tamen Bad. refert *in quoque*). *dicitur.* *ducitur* Turic. Flor. a pr. m. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern.

§. 54. *exordio est.* Turic. Alm. Amb. 1. Camp. *exordium est.* *diversae part.* Edd. ante Stoer. *adversae p.*, exc. Camp. Ald. *hoc ipso, quod.* Turic. Guelf. *h. ipsum quod*, Turic. a sec. m. *h. ipsumque.* *e re.* Turic. *ex re* (a sec. m. *ex se*) cum Flor. (hic praeterea omittit *atque*) Amb. 1. 2. Guelf. Bern. Sich. Colin. Gryph. *et facilitate.* Turic. *ex fac.* Flor. *et ex facil.* *facie.* *facile* Turic. Flor. a pr. m. Amb. 1. Camp. *sumtique e proximo.* *sq. ex prox.* Amb. 1. 2. Goth. Bern. et edd. ante Stoer., exc. Camp. *sq. et ex pr.* Turic. *sumpti et ex pr.* Flor. (sec. m. delevit *ex*). *reliqua.* Goth. *alia.* *tota extemporalis.* Turic. a sec. m. *t. esse temp.*, quem sequitur Camp. *tota temp.* Flor. *tota esse extemp.* Guelf. Baliol. Andr. *nihil praeparatum.* Amb. 1. *n. praeparati.*

§. 55. *exerere.* Flor. a pr. m. Par. 1. 3. 4. *exercere.* Recepta est in Par. 2. 5. fort. Amb. 1. *judex fere.* Ordine inverso Camp.

§. 56. *illa parte.* *ulla p.* dant etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 3. 4. fort. Amb. 1. *in ulla p.* Par. 2. (Vall. Badii). *vitandum.* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. Camp. addunt *est.* *quia videtur.* *qui vid.* Turic. (a sec. m. *quae*). *qua vid.* Flor. Bodl. Baliol. Guelf. Camp. *quia* omittunt Amb. 2. Voss. 3. Bern. *ars omnis.* Ordinem invertit Camp. *artis est.* Goth. Guelf. Amb. 2. omitt. *est.*

§. 57. *temporum conditione.* Amb. 1. *tempus cum conditione.* Solus. *quia jam quib.* Sic etiam Flor. fort. Amb. 1.; *jam* omittit Par. 1. *quibusdam judic.* Sic Flor. a pr. m. Sich. *q. in jud.* Par. 1. 2. 3. Flor a sec. m. Amb. 1. 2. *aut apud Cent.* Sic etiam Amb. 1. Par. 3. *ut ap. C.* Par. 1. 2.

§. 58. *ita temperari.* Ordinem mutavit Obr., haud dubie Argent. secutus, cum quo consentit Turic. fort. Amb. 1. *Illud* omittunt Flor. a pr. m. Turic. Alm. Amb. 1.; in Turic. sec. m. substituit *et.* *manet ne quod.* Turic. a

pr. m. Flor. a pr. m. *mane quod;* Turic. a sec. m. *nam ne quod.* *aut poëtica.* Sic etiam Flor. Obr. fort. Amb. 1. *aut a poëtica* Par. 1. 5. *sumptum.* Turic. Alm. *sumpta.*

§. 59. *circumfuso.* Turic. a pr. m. Guelf. a pr. m. Amb. 2. *circumfuse.* *patitur.* Turic. et Flor. a pr. m. *partitur.*

§. 60. *neque tamen.* Goth. *nec. t.* cum edd. ante Gryph., exc. Camp. Sich. *circumlata.* Flor. a sec. m. (a pr. m. receptam tuebatur) Amb. 1. *circumlita.* *atque illaboratae.* *ac inelab.* etiam Par. 1. 2. 5., *ac illab.* Sich. Colin. *et ut.* Ordinem invertunt Turic. a pr. m. Flor. *animos.* Ita primum Sich. *animum* dant etiam Amb. 1. 2. Par. 1., haud dubie Flor., etsi nihil ex eo notatur. [Pluralis, quoniam plures sunt judices, usitatior est, sed etiam singularis adhiberi potest. Vide Conr. Schneideri Gramm. lat. p. 376 not.]

§. 61. *memoria.* Amb. 1. *memoriam.* *facilitate.* Sic Par. 2. *facultate* Par. 1. 5., haud dubie Flor. et Amb. 1. *videri cicatricosa.* Par. 1. 2. inserunt *ut,* quod optabat Regius, quem sequuntur Colin. Gryph. et alii apud Burm. In Par. 2. Valla delevit vocem, ut ait Badius. *portum egreditur.* Amb. 1. *portu egred.* cf. V, 10, 96 *juvenes nondum scholam egressi.*

§. 62. *Modus autem.* *autem* omitt. Obr., Argentorat. (ni fallor) secutus, item Turic. Flor. a pr m. Alm. fort. Amb. 1. *leges.* *legem* Amb. 1., vere omnino. *intra quatuor sensus.* Haec omittunt etiam Flor. a pr. m. Amb. 2. *cito* substituit Par. 1. a sec. m. Receptam tuetur Flor. a pr. m. fort. Amb. 1. *praeparare.* *praeparari* etiam Par. 1. Amb. 2. Sich. Colin.; hic praeterea *videatur oratio* et *judex fatigetur.*

§. 63. *quae — dicitur.* *qui — dic.* etiam Par. 2.; *quae* omitt. Amb. 2. *in hanc persuasionem.* Amb. 1. *in hac persuasione;* idem mox *deducti.*

§. 64. *hoc prooemio.* Sic Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. *hoc* omittit Amb. 1. *et is.* Amb. 1. *et hic.*

qua tanta. Guelf. omittit *tanta* cum Ven. *quanta* Jens. Tarv. Loc.

§. 65. *Neque enim.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Ald. *non putant.* Sic Voss. 1., *putent* Par. 2. 5. et nostri omnes, nisi fallunt excerpta. *Ita si vincet utilitas.* Haec omittit etiam Flor. a pr. m. *debebimus. debemus* Goth. Voss. 2. cum edd. ante Sich., exc. Camp. Ald.

§. 66. *Demosthenes autem ad.* Sic etiam Amb. 1. (qui praeterea *Aeschinen*) 2. Parr. omnes; Flor. tacetur. *Marcus Tullius.* Praenomen omitt. Turic. Camp.

§. 67. *figurata. figura* Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. Alm. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern. *totam partem.* Ordinem invertit Camp. *vehementissimam, cujus.* Flor. a pr. m. *vehem. leget cujus,* cum Goth. *optandum, et.* Turic. et Flor. a pr. m. *operandum et.* *aversa. adversa* dant etiam Amb. 1. Par. 1. *languescat.* Goth. *languescit,* Amb. 1. *languere.*

§. 68. *pressit.* Amb. 1. a pr. m. *praessit,* Flor. a pr. m. Turic. Alm. *praestat.* *in Demosthene. in Demosthenem* Turic. Flor. Amb. 1. (nisi quod hic *demosthenen*) 2. Bern. Camp. Jens. Tarv. Ald. *flexum illi mutav.* Flor. *fl. illum mut.* et e conj. Regii Ven. Gryph. alii. *non Sallust.* Turic. *non si Sall.* et mox a pr. m. *de recto* cum Flor. *sicut et Cic.* Turic. a pr. m. Flor. Alm. Amb. 1. 2. Guelf. *sicut Cic.,* Voss. 1. *sic Cic.* *patientia nostra.* Has voces omittunt Turic. Flor. Alm. Amb. 1. 2. Guelf. Voss. 1. 3. Goth. Camp. [Mihi quidem verissime videtur Cortius ad Sallustium pag. 1048 judicasse, utrumque locum, ubi Quintilianus declamationem illam tanquam Sallustii laudat, insiticium esse. In altero loco IX, 3 codicum bonorum auctoritas rem conficit, ab hoc, cum Quintilianus de judiciariis orationibus dicat, mentio subitarum in Senatu altercationum alienissima est, tantumque abest ut in iis apostrophen quisquam *miretur,* ut oratio aliter institui nequierit. Atque hanc ego causam sufficere puto, cur verba *Quid? non Sallustius* usque ad *Ac ne quis* a novicio quodam magistro, applicandae doctrinae suae cupido, ad vetus compendium adscripta censeantur. Ceterum libellus

iste, quamvis sit parvus, absurdis ac flagitiosis mendaciis ita abundat, ut summam Quintiliano injuriam faceret; si quis eum tale monumentum impurissimi latratoris pro Sallustiana eloquentia probaturum fuisse putaret.]

§. 69. *idem Cic.* Edd. ante Sich., exc. Camp. Ald., *ipse Cic.* *causa est in.* Camp. omittit *est.* *bis eundem def.* Goth. *bis eum def.* Guelf. Sich. *b. cum eundem def.*

pro reo utitur; pro. Guelf. *pro. eo u. p.,* Amb. 1. *pro eo rei p. pro.*

§. 70. *bene aliquando.* Ordinem invertit Camp. *et simil. dum.* Camp. *etiam s. tum,* illud solus, posterius cum Turic. a sec. m. *brevi, et.* Guelf. Amb. 2. Voss. 3. *brevis et,* Flor. a pr. m. *brevi sed.* Par. 1. omitt. *et.* *utemur.* Turic. a sec. m. *utamur.* *nisi si cui.* Etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. (a pr. m.) 3. 4. omittunt *nisi.* [Confer Buttmannum ad XII, 9, 11 vere monentem *nisi si* in ironia locum non habere.] *divina illa.* Inverso ordine edd. ante Gryph., exc. Camp. Ald. Sich., codex, quantum video, nullus.

§. 71. *magnis s. orat.* Goth. Voss. 2. et edd. ante Gryph., exc. Camp. Sich. *a magn. s. or.* *non evitatum.* Turic. et Flor. a pr. m. *non et vitantum;* mox Turic. Camp. omittunt *quo et — appellatur,* et pergunt sic: *quod et adv.* (posterius mendum est in Flor., fort. etiam prius). *deflectere.* Camp. *flectere.* *quod causae non cohaeret.* Turic. *quod ad causae n. c.;* Flor. *quod ad causam n. c.;* in Amb. 1. *cohaeret* in *haeret* mutatum est. *praecepta.* Turic. et Flor. a pr. m. *praeterea.*

§. 4. *summa.* Sic Par. 1. *summam* Par. 2. *quom. inst.* Sic Par. 1. 2. *athleta.* Sic Par. 1. 2, sed ut videtur in illis inventum esse. *qua ratione.* Par. 1. 2. *qua in oratione.* *didicit.* Par. 1. 2. *dicere.* [Videtur *didicerit* fuisse, sicut accuratioris grammaticae ratio postulat.] *optime, quam.* Sic Par. 1. 2.

§. 5. *par. quibus.* Par. 1. 2. inser. *e.* *Eae constant.* Par. 1. 2. *e constantia.* [Serpius in Quaest. philol. Rostoch. a. 1819 editis p. 54 sic Quintilianum scripsisse instituit pro-

bare: *quibus ubique*, *cumque desideratum erit, possit e constanti esse copia rerum et verborum*, mox tamen *e constantia* verius sibi videri ait. Equidem cum Spaldingio locum olim recte emendatum puto.]

§. 6. *si in reb.* Sic Par. 1. 2.

§. 7. *Et — significarent.* Sic Par. 1. 2. *scio ediscere.* Par. 1. *se dicere.* Par. 2. *saepe dicere.* *usi aliquo.* Par. 2. *usui aliquo.* Par. 1. *usui aliquod.* *spatium.* Par. 1. 2. *semet ipsum.* *desideraretur.* Par. 1. 2. *desideratur.* *turbam enim.* Par. 1. 2. *turbamentum.* *ex qua.* Par. 1. 2. *ex quo.*

§. 8. *volubilitatem.* Sic Par. 2. sec. m. *voluptatem* Par. 1. *consequemur.* Par. 1. 2. *consequimur.* *cui quodque.* Par. 1. 2. *quid quoque.*

§. 9. *verbis*, *praeter.* Par. 1. 2. *rebus vel pr.* *script. quidem iamb.* Par. 1. 2. om. *quidem.* *nam.* Par. 1. 2. om. *vulg. op.* Sic Par. 1. 2. *nitidiore.* Par. 2. *cultiore.* Par. 1. *utiliore*,

§. 10. *et*, *ubic.* Sic Par. 1. 2.

§. 11. *quasi.* Par. 1. 2. *quare.* [*Quasi* verum esse nemo dubitat, sed quo referendum sit dissentitur. Mihi quidem, si veterum editorum transpositio minus probetur, non multum videtur obstare, quominus referatur ad *eundem intellectum.*]

§. 12. *commiserint.* Sic Par. 2. *commiserunt* Par. 1.

§. 13. *licet.* Par. 1. 2. *libet.* *ut non.* Sic Par. 1. 2. *oportet.* Sic Par. 1. 2.

§. 15. *copia v. sic paratur.* Par. 1. 2. *copiosus v. sit paratus.* *hoc.* Sic Par. 2. *haec* Par. 1.

§. 16. *aud. al. leg.* Sic Par. 1. 2. *adj. Excit.* Par. 1. 2. inser. *et.* [*ambitu rerum.* Quaeritur, quid sit *rerum ambitus.* Nimirum Quintilianus scriptoris cum pictore similitudinem et significat et exequitur: sicut pictor varietate colorum et extremitate linearum rerum figuras effingit, ita scriptor verbis quasi designat, cum contra qui dicit, sculptori similis, res ipsas proponere videatur.]

§. 17. *commoda, ut quisque.* Par. 1. 2. *commodat, ut quid quisque.*

§. 18. *velut.* Par. 1. 2. *illud.* *placeant.* Par. 1. 2. *placent.* *laudentur.* Par. 1. 2. *laudantur.* [Neque recte fecisse puto Spaldingium, quod Indicativum damnavit, qui apud Quintilianum nusquam sequatur particulas *cum interim*; vide I, 12, 3. II, 12, 2. X, 1, 111 et XII, 10, 67 cum nota Buttmanni nimis timide eum usum quasi excusantis. Nimirum temporis significatio praevalet (et vertas Germanice *während inzwischen*), neque ad ratiocinationem nisi leniter transfertur: estque hoc ipsum, si quaeris, jam labentis Latinitatis indicium, quod Conjunctivi usus, qui apud Ciceronem subtilissimus est, paululum deflectit, imprimis quidem quod pertinet ad interjecta membra orationis in constructione Accusativi cum Infinitivo, quorum tenuis nexus Indicativo quasi dissolvitur. Contra in enuntiatis absolutis, quae appellantur, Conjunctivum et alii scriptores hujus aetatis et imprimis Quintilianus, facilem quandam et lenem modestiam simulantes, nimium frequenter ponunt, ubi Cicero fortiter Indicativo sine dubitationis falsa specie utitur.]

§. 19. *Repetamus — tractemus.* Par. 1. 2. *repetimus — tractamus.* *iteratione.* Sic Par. 2. sec. m. *alteratione* Par. 1.

§. 20. *praecipue.* Sic Par. 1. 2.

§. 21. *dissimulat, insidiatur.* Par. 2. *dissimulatim insidias.* Par. 1. *dissimulatque insidias.*

§. 22. *atque Mess.* Sic Par. 1. 2. *reo Asprenate.* Par. 1. 2. *reos aspernatus.*

§. 23. *Quin.* Par. 1. 2. *quis.* *ut quisque — erit.* Par. 1. *Utriusque erit.* Par. 2. *utile erit,* sec. m. *utrinque eg. ut. er.* [Qui codicum scripturam *utrisque erit* scire tuetur, Sarpius Quaest. philol. cap. VII p. 51, *erit* explicat *licebit* et dativum vult pendere a pronomine *easdem*, τὰς αὐτὰς ἑκατέροις. Hoc nimirum fuerit glandibus vesci.] *de domo.* Sic Par. 1. 2.

§. 24. *magni.* Par. 1. 2. *omnes.* *labuntur.* Sic Par. 2. *labant.* *anim. nonnumq.* Sic Par. 1. 2. [Ad Ciceronis judicium de Demosthene et ipsius usum verbi *dormitandi* conferri jubet Sarpius Quaest. p. 56 Plutarchum in vita Ciceronis c. 24 — φωνῇ τοῦ Κικέρωνος, ἣν πρός τινα τῶν ἑταίρων

ἔθηκεν ἐν ἐπιστολῇ γράψας, ἐνιαχοῦ τῶν λόγων ἀπονυστάζειν τὸν Δημοσθένην.]

§. 26. [*modeste.* Fretsch. ex edit. Col. 1527 *modesto.*]

§. 27. *his in.* Sic Par. 1. 2.

§. 28. *comp. et.* Sic Par. 1. 2. *et. eam.* Par. 1. 2. *etiam eam.*

§. 29. *alligata.* Sic Par. 1. 2. *uti propriis.* Par. 1. 2. *in propr.* *depulsa.* Sic Par. 1. *depulsi* Par. 2. sec. m. *deverticula.* Par. 1. 2. *divert.* *confugiat.* Sic Par. 1. *confugiant* Par. 2. *cogatur.* Sic Par. 1. 2.

§. 30. *fulgorem — qui.* Par. 1. 2. *fulgore nimis seque. praestringitur.* Par. 2. sec. m. *perstr.* Par. 1. *perstringatur.*

§. 31. *scribitur.* Par. 1. 2. *scribuntur.* *actum.* Par. 1. 2. *intuitum.* *rem. et lib.* Par. 1. 2. *l. et r.*

§. 33. *Adde, quod.* Par. 1. 2. *audio.* [J. Geelius Batavus in bibliotheca crit. nova Vol. III p. 273 *ideoque* legendum suspicatur. Mihi vetus emendatio *adde quod* satis placet. Sed post paulo ancipiti remedio usus est Spaldingius dum interjicit *opus.* Sarpius Quaest. p. 52 *debere* subintelligendum esse censet, sed ferri posse videntur verba simpliciter intellecta.]

§. 35. *orat. qui.* Sic Par. 2. sec. m. *or. quae.* Par. 1. *cesserunt.* Par. 1. 2. *censentur.* *iisque quae sint.* Par. 1. 2. *quaeque sunt.* [Pro *maxime* Sarpius in Quaest. p. 56 emendandum censuit *magnifice,* quoniam Pythagoreos certe et Platonem propter μεγαλοπρέπειαν oratori legendos judicaret Dionysius Halicarn. Tom. V p. 430 Reisk.] *et altercat.* Par. 1. 2. *ex alt.*

§. 37. *Credo exact.* Sic Par. 1. 2.

§. 38. *quibuscum vivebat.* Par. 1. 2. *quid quisque connivebat.* [Tautologiam in vulg. scriptura nemo non sentit, sed remedium difficile est invenire. Mihi aliquando in mentem venit, *quod invidiam vitabat,* neque tamen contenderim.] *illos, et qui.* Par. 1. 2. om. *et.* *philos. Fu.* Sic Par. 1. 2.

§. 40. *tamen.* Par. 1. 2. om. *et vix ullum.* Sic Par. 1. 2.

§. 41. *novis.* Par. 1. 2. *nobis.* *Quotus.* Par. 1. 2. *quid.*

inveniri — qui. Par. 1. 2. *in veritate tumens potensque. certe.* Par. 1. 2: *caeterae. ..posteritatis.* Par. 1. 2. *artis.*

§. 42. *φράσιν.* Par. 1. 2. *ἀφέρεσιν.* [Meliores tamen Spaldingiani latinis litteris, et infra §. 87 omnes.] *accomm. Ver.* Par. 1. 2. sec. m. inser. *est.*

§. 44. *ipsorum.* Par. 1. 2. *ipsos. alti spiritus plena.* Par. 2: *alias spurciis plena.* Par. 1. *alias spurcitiis plena. summatim.* Par. 1. 2. *summa. quid et.* Par. 1. 2. *quia et. petere possint.* Par. 1. 2. *possit,* om. *petere. qui confirmare.* Par. 1. 2. *quae conferre, petere.*

§. 45. *enim qui sunt.* Par. 1. 2. *sunt en. sint his.* Par. 1. 2. *sunt h. qui a me.* Par. 1. 2. om. *a me.*

§. 46. [Nihil Parisinus editor de verbo *vim* in codd. suis invento vel non invento. Quamquam ne opus quidem est illis, cum ad Homeri auctoritatem optimi libri Spaldingiani accedant, ut tuto possit omitti.] *superaverit.* Par. 1. 2. *superavit.*

§. 47. *consolationibus.* Par. 1, 2. *consolationibusque. nonne v. nonus.* Par. 1. *n. v. unus.* Par. 2. *non v. unus.*

§. 48. *non in s.* Par. 1. 2. om. *in. utriusq. operis.* Sic Par. 1. 2. *ingressus in p.* Sic Par. 1. 2.

§. 49. *ceteraque quae.* Par. 1. 2. *caetera quaeque.* [Spaldingiana scriptura, sicut codicum mss. fidem servat, ita formam orationis pessumdat. Nam isti Genitivi cum *esse,* quibus quo quid pertineat ostenditur, non verborum sunt sive gerundiorum, sed nominum substantivorum, ut dicere nequeas rem esse *probandi,* sed adjicere debeas, cujus *rei probandae* sit. Quod cum perspicuum sit, noli te in tanta librorum mss. corruptione nimiae cuidam religioni addicere, quominus veterum editionum lectionem restituas *ceteraque probandi et refutandi* (*argumenta,* puta) *sunt ita multa,* qua ratione verbum quoque, quod vix abesse potest, revocatur.] *harum.* Sic Par. 2. *earum* Par. 1.

§. 50. [*magni sit viri.* Gesnerus in Analectis p. 34 *ut magnum sit* scribendum censuit, alii *ut magni sit* omisso secundum Flor. Tar. nomine substantivo maluerunt, qui, si cogitent

ingenii ex praegressis, non repugno, si *viri*, vix fero.] *excedit.* Sic Par. 2. *excessit* Par. 1.

§. 51. *simili.* Par. 1. 2. *similis.*

§. 52. *levitasque.* Par. 1. 2. *lenitasq.* *daturque.* Sic Par. 1. *datur* Par. 2.

§. 53. [De sensu verborum *proximus* et *secundus* exponens Frotscherus et Buttmanni sententiae (in Add.) accedens conferri jussit Nepotem in vita Pelopidae 4 *Denique haec fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda ita, ut proxima esset Epaminondae*, ad eumq. locum Bremium laudantem infra §. 86 Domitii Afri verba.]

§. 54. *Panyasin.* Sic Par. 2. sec. m. *Panesium* Par. 1. [Pro vulg. *judices* Geelius bibl. crit. nova Vol. III p. 276 conjecit legendum esse *judicio*, siquidem illos grammaticos delectum etiam prosae orationis scriptorum egisse putat.]

§. 55. *null. aff.* Sic Par. 1. 2. *nulla cujusq.* Sic Par. 1. 2.

§. 56. *Euphor. trans.* Par. 1. 2. inser. *frustra.* *Tyrtaeum.* Par. 1. 2. *Dircaeum.*

§. 58. *Quod in.* Sic Par. 1. 2.

§. 59. *duc. color.* Sic Par. 2., sed Par. 1. inser. *est.* *ad ἕξιν.* Par. 1. *ad exitum.* Par. 2. *ad haec.*

§. 60. *quoquam.* Par. 1. 2. *quidem.* [Genslerus maluit *quandoque*, Frotscherus *quondam.*]

§. 62. *Stesichorum.* Par. 1. *Thersicorus.* Par. 2. *Stersicorus.* *canentem — sustinentem.* Par. 1. 2. *canente — sustinente.*

§. 63. *qua.* Sic Par. 2. sec. m. *quia* Par. 1. *insectatus.* Sic Par. 1. 2. *plerumq.* Par. 1. *et plurimum.* Par. 2. *plurimum.* [Sarpius Quaest. p. 57 conjecit *sed Anacreon lusit*, sed ipse haud dubie illusit scriptori. Nam amatorio isti poëtae nullus prorsus apud Quintilianum locus est. Nam statim aliquis etiam Sappho poposcerit. De reliquo mihi quidem satis placet Vossianorum codicum scriptura *nam et lusit*, i. e. aliquando.]

§. 65. *insectandis.* Sic Par. 1. 2. [Wolffius sanandae constructionis causa pro *etsi est* recte videtur conjecisse *est, et.*]

§. 66. [*primum.* Corrige *primus*, sicut libri editi omnes habent.]

§. 68. *et in serm.* Par. 1. om. *in.* Par. 2. om. *et in.* *quod ips.* Par. 1. 2. *quo i.*

§. 69. *H. et admiratus.* Par. 2. sec. m. om. *et.* Par. 1. *et admirandus.* *et secut.* Par. 1. 2. inser. *eum.*

§. 70. *putant.* Sic Par. 1. 2. [*Locroe* scribendum videtur, sicut apud Ciceronem in Verr. IV, 3 *Canephoroe.* Cf. praeter Conr. Schneideri Gramm. Lat. p. 82 alterius Schneideri Saxonis annot. ad Vitruvium IV, 1, 2 et IV, 8, 1 et Oudendorp. ad Lucan. III, 180.]

§. 71. *decor.* Sic Par. 1. 2.

§. 72. *ut pravis.* Sic Par. 3. *ut prave* Par. 2. *quamvis prave* Par. 1. *tamen.* Sic Par. 1. 2.

§. 73. *fusus.* Par. 1. 2. *effusus.*

§. 74. *eximatur.* Sic Par. 2. sec. m. *existimatur* Par. 1.

§. 75. *hoc est vel.* Par. 1. 2. *vel hoc.*

§. 76. *ut cum.* Sic Par. 1. 2.

§. 79. *compararat.* Sic Par. 2. *comparat* Par. 1.

§. 81. *oraculo instinctus.* [Geelius in libro laudato p. 278 mirum sibi videri ait, quod editores recentiores ex codicum vestigiis non intellexerint *oraculo* d e i *instinctus* esse scribendum. Esse enim etiam in Leid. A. *oraculo dei instructus.*]

§. 82. *illam jucund.* Sic Par. 1. 2. *serm. finx. Gr.* Par. 1. 2. *s. Gr. f.*

§. 84. *affectant.* Sic Par. 1. *affectaverunt* Par. 2.

§. 85. *nostr. haud.* Sic Par. 1. 2.

§. 86. *excepi.* Par. 1. 2. *accepi.* *atque immortali.* Sic Par. 1. *atq. divinae* Par. 2. *quantum.* Sic Par. 2. *quanto plus* Par. 1. *eminentibus.* Sic Par. 1. *eminentioribus* Par. 2.

§. 87. *sequentur.* Sic Par. 2. *sequuntur* Par. 1. quod alteri praetulerim.

§. 88. *ad hoc, de quo.* Par. 1. 2. *ad hanc de qua.* [*In herois* reponendum jure censuit Sarpius Quaest. p. 55, quae opponantur elegis, sicut apud Martialem III, 20, 6 *Lascivus elegis, an severus herois.* Et *heroum* quidem pedem ipse

appellat Quintil. IX, 4, 88.] *tamen partibus.* Par. 1. 2. *t. parcius.* [Apud Spaldingium in extr. nota critica corrige IX, 4, 111.]

§. 89. *admirabilem.* Par. 1. 2. *mirabilem.* [*Sed eum. Serranum* quendam poëtam Sarpius Quaest. phil. cap. II investigavit apud Juvenal. Sat. 7, 80, operibusque beavit, quae adhuc Calpurniana habebantur. Cujus levissimas rationes repetere quid attinet? Cf. Baehrium in historia litt. Rom. p. 235. Quamquam nomen alicujus poëtae codicum scripturis contineri non ego negaverim.]

§. 90. *annumerandus.* Par. 1. 2. *imitandus.*

§. 91. *donato.* Sic Par. 1. *donatus* Par. 2. (? Nam apud Pottierium item Par. 1. legitur). Sed locus nondum sanatus videtur. Malim *pacato imperio.* *secesserat.* Par. 1. 2. *successerat.* *gerit.* Sic Par. 1. 2.

§. 92. *praestring.* Par. 1. 2. *perstr.*

§. 93. *quoque Gr.* Sic Par. 1. 2.

§. 94. [De versu Horatiano et hoc nostri scriptoris loco lege subtilissimam Fr. Aug. Wolfii disputationem in Analectis litterariis Vol. I p. 185 sqq.] *Nam erud.* Sic Par. 1. 2. *multo est.* Par. 2. inser. *etiam.* Par. 1. *multum etiam est.* [De *abundantia salis* nihil docemur, quae tamen haud dubie etiam in hoc libro est, nec satis intelligo, quid impediat, quominus tribus praegressis hoc quartum substantivum adjungatur.] *ad — mores.* Par. 1. 2. *nisi labor ejus amore*, [quam reliquorum quoque codicum scripturam equidem non dubitaverim veteri conjecturae praeferre.]

§. 95. *etiam — sed.* Sic Par. 1. 2.

§. 96. *illi.* Par. 2. sec. m. *ille* Par. 1. [Godofr. Hermannus apud Frotscherum verba sic conjungi voluit: *cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quamquam illi* (Horatio) *epodos interveniat, reperietur.* Homo doctus in Ephemer. Jenens. a. 1825 no. 72 scribendum putavit: *cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo; in Horatio, quamquam illi epodus intervenit, non reperietur.*] *felicissime.* Sic Par. 2. *ferocissime* Par. 1.

§. 97. *verborum.* Sic Par. 1. 2. *pond. auct.* Sic Par. 1. 2.

§. 99. *Aelii Stilonis.* Par. 1. 2. *Epistolonis.*

§. 100. *quando.* Par. 1. 2. *cum.*

§. 101. *non hist.* Sic Par. 1. 2. *ita, quae.* Par. 1. 2. *itaque.* *sunt.* Par. 1. 2. *sed.*

§. 102. *elati vir ingenii.* Par. 1. 2. *clarus ingenio.* *creber.* Par. 1. 2. *crebrior.* *pressus.* Sic Par. 2. *expressus* Par. 1.

§. 103. *suis ipse.* Par. 2. om. *vis ipsa* Par. 1.

§. 104. *imitatores; ut.* Sic Par. 2. sec. m. *immerito remitti* Par. 1. [Fabium Rusticum, cujus frequens est apud Tacitum mentio (imprimis Agric. 10), significari Sarpius suspicatus est Quaest. phil. cap. 1. Poterat eodem fere jure Vipsanium Messallam. Quibus porro rationibus idem Sarpius et alii locum corruptum aggressi sint, vide in edit. Frotsch. excursu II. Nam, ut libere fatear, earum nulla paulo mihi probabilior videtur. Leve est, quod annoto, sed fefellit tamen multos, *nec imitatores* (cf. infra §. 126) vel grammatica ratione coargui, quoniam debebat esse *non imitatores.* Restituendum igitur videtur *nec immerito*, qua formula dicendi Quintilianus delectatur. Deinde plerique omnes *libertatis* nomen et verbum *nocere* ad pericula, quae tum libere de rep. dicentes vel scribentes circumstabant, referunt: quod longe mihi aliter videtur. Nam scriptoris nostri ingenium, quod quam timidum et obnoxium principum adulationi fuerit, proxima pagina testata est, ab omni ejusmodi commemoratione abhorret, nec potuit ab hoc vir clarus appellari, de cujus submisso adversus principes animo ulla dubitatio esset. Quapropter *libertatem* et *circumcidere* de nimia ipsius hominis severitate in castigandis atque adeo damnandis delendisque operibus suis intelligo, quam Quintilianus *vel nocere* ait in publicum, siquidem ille studiosos jam orationum fructu privarit ex parte. Et ne solus ἀσύμβολος vel ἄμοιφος abeam, si quando tenebrae quibus nunc locus tegitur discussae fuerint, velim propemodum *remedii libertas.*]

§. 105. *non sit id.* Par. 1. 2. *n. i. s.*

§. 106. *dividendi.* Par. 1. 2. *videndi.*

§. 107. *quae.* Sic Par. 2. *qui* Par. 1. *in affectibus.* Sic Par. 2. *affectus* Par. 1.

§. 108. *quidem.* Par. 1. 2. *quod.* Amb. 2. omittit. *ille et.* Par. 1. 2. Amb. 2. om. *ille.*

§. 109. *ubertate.* Sic Par. 2. sec. m. *ubertas* Par. 1. Amb. 2. *vires.* Sic Par. 2. sec. m. *virtutes* Par. 1. 6. Amb. 2.

§. 110. [*et cum.* Probabili conjectura *ut cum* Frotscherus structuram verborum adjuvit.]

§. 111. *auditu.* Etiam Amb. 2. *auditum.*

§. 112. *hominibus.* Amb. 2. *omnibus.* *id consecutus* Par. 2. 6., sed Par. 1. inser. *est.* *nom. sed et.* Sic Par. 1. 2. et Amb. 2.

§. 113. *inventio.* Par. 1. 2. *invenio.* *praeferens.* Sic Par. 1. 2.

§. 115. *Ciceroni.* Sic Par. 2. sec. m. *ciceronem* Par. 1. Amb. 2. *adjecturus sibi.* Amb. 2. *adj. fuit.*

§. 117. *ejus summa.* Sic Par. 1. *et vis s.* Par. 2. sec. m. *et sermo* Par. 6. Amb. 2.

§. 118. *locare.* Sic Par. 2. sec. m. *habere* Par. 1. 6. Amb. 2.

§. 123. *qui ubique.* Sic etiam Amb. 2.

§. 124. *Scepticos.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *Sextios.* *Plancus.* Sic Par. 2. Par. 1. 6. *Plautus* [vere omnino, cf. lib. II, 14, 2. III, 6, 23, quibus locis nunc idem nomen restituendum.] *cognitione.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *cognitioni.* *Epicureis.* Sic Par. 2. *Epicuris* Par. 1. 6.

§. 126. *posse, quibus.* Par. 1. 2. 6. inser. *in.* Amb. 2. *placere se iis dicendo.* *descenderat.* Sic Par. 1. *desciverat* Par. 2. sec. m.

§. 127. *aut salt.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *ac s.*

§. 130. *si aliqua.* Par. 1. 2. *si nil aequalium.* Par. 6. *simile qua.* Amb. 2. *simile quam.* *par. concup.* Sic Par. 1. sed Par. 2. 6. Amb. 2. inser. *non.* [Scribendum cum Madvigio Dano, cui viro mox fore auguror ut multum litterae nostrae

debeant, *si partem* (vel *partim*) *non concupisset*; in Seebodii bibliotheca critica anni 1828 nr. 79.]

§. 131. *utrinque judicium.* Par. 1. 6: *utrimq. j.* Par. 2. sec. m. *utrumq. judicem.*

C A P. II.

§. 3. *apprehenditur.* Par. 1. 2. 6. *apprehendatur.*

§. 6. *tradiderint.* Sic Par. 2. sec. m. *tradiderunt* Par. 1. 2. 6. *eruendas.* Sic Par. 2. *eruliendas* Par. 1. 6. Amb. 2. [*mensuris ac lineis.* Tantum verborum opus fuit, ut genus hominum significaretur, quod nos nunc, huic quidem rei justo plus tribuentes, soloeco vocabulo *copistas* vocamus.]

§. 8. *Nihil autem.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 9. *appetunt.* Par. 1. 2. Amb. 2. *appetent.* Par. 6. *appeterent.*

§. 10. *qui agit.* Etiam Amb. 2. omittit *agit.* *utique discrimine.* Sic Par. 2. sec. m., sed Par. 1. 6. om. *utique.*

§. 12. [Emendatio Spaldingiana cum facile cuilibet sese commendet, tum non omittendum, in codicum scriptura *quam* inesse videri *quoniam* potius quam *quia.* Sic putavit Frotscherus.]

§. 13. *legerunt.* Sic Par. 1. 6. *elegerunt* Par. 2.

§. 14. *imitemur.* Amb. 2. *imitatur.* *concupierint.* Par. 1. 2. 6. *concupierunt.* *Tum.* Sic Par. 1. 6. Amb. 2. *deinde* Par. 2. *sit, ad quod.* Par. 1. 2. 6. om. *ad.* *nos.* Par. 2. sec. m. *nobis.* Amb. 2. ut Spalding.

§. 15. *dicunt.* Sic Par. 2. sec. m. *dicant* Par. 1. 6. Amb. 2.

§. 16. *imitatio, verb.* Sic Par. 1. 2. 3. [A. F. Lindavius in programmate scholae Oelsnensis 1829 pag. 8 quod opportune mihi redditur hoc ipso die quo typographi *manum de tabula* inclamant, in eorum quae opponerentur ratione aliquid turbatum esse ratus, scribendum censuit *laetis exultantes, compositis corrupti.* Quod quamvis primo aspectu blandiatur, redarguitur tamen explorato veterum magistrorum usu verborum quasi technico. Nam *saltare* et *exultare* oratio non dicitur

laetitiae causa, sed numeris ad poetarum rhythmos propius, quam prosae par est, accedentibus, cf. Ernestium in lexico technol. p. 340, eique vitio recte opponitur virtus orationis *compositae*. Siquidem Quintil. IX, 4, 116 quem in poemate locum habeat *versificatio*, eundem ait in oratione habere *compositionem*. Porro cum *laetum* dicendi genus illud sit, quod floribus luminibusque sententiarum etiam delectare velit, ex ea virtute vitium fit, si praeter delectationem nihil aliud petitur inanibus flosculis et puerilibus sententiolis. Atque hinc, sicut hominum mores *corrupti* dicuntur, quibus nihil honestum propositum est, ita dicendi quoque genus *corruptum* appellatur, quod idem est *lasciviens* et *luxuriosum*. Et *laetis luxuriosa* opponit Quintil. XII, 10 extr.]

§. 17. *quamlib.* Sic Par. 2. sec. m. *quidlib.* Par. 1. 6. [explica quamvis illud quod efferunt, sit frigidum, cum contra veteres illi magnifice senserint, horride elocuti sint.]

§. 19. [Miror crisin Spaldingianam, quod *imitabilia* scribendum censuit, quamvis illud ipsum scriptor doceat, videndum esse cuique, quid vires admittant, quid ferre recusent. Quae supra dixit imitabilia non esse, ingenium, inventionem, reliqua, ea in universum imitationi eximuntur: nunc jam de singulorum diversis ingeniis dicit, quibus item hoc et illud non conveniat nec expeti debeat.] *Assequatur.* Par. 6. Amb. 2. *sequatur.* Par. 1. 2. *persequuntur.* *dure fiunt.* Sic Par. 2. 6. Amb. 2. *durescunt* Par. 1.

§. 20. *credidi.* Sic Par. 1. 6. Amb. 2. *tradidi* Par. 2. *invenit.* Sic etiam Amb. 2.

§. 21. *illis.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 22. *suus cuique.* Sic Par. 2., sed Par. 1. 6. Amb. 2. om. *cuiq.*

§. 23. *ac jucunditas.* Amb. 2. *aut iuditas.*

§. 24. *Omnium.* Sic Par. 6. *longe omn.* Par. 1. 6. *ille* Par. 1. 2. 6. *et sol. — est.* om. Par. 2. 6. *imitandus est, etiam* Amb. 2.

§. 25. *noceret.* Sic Par. 1. 2. 6.

§. 26. *homini inconcessum.* Amb. 2. *hominibus concessum.* *quod cuique loco.* Sic Par. 2. *quo quidq. l.* Par. 1. *quo quidquid l.* Par. 6.

§. 27. *quamque.* Sic Par. 1. 2. 6. *quam quae* Amb. 2.

§. 28. *supersint.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *supersunt.*

Cap. III.

§. 2. *altius.* Par. 6. *alte.* Amb. 2. *alter.* *fec. fit.* Sic Par. 1. 2. Amb. 2. omittit *fit.* *et fundit.* Sic Par. 2. sec. m. *effundit* Par. 1. 2. 6. *conscientia.* Sic Par. 1. 2.

§. 3. *aerario.* Sic Par. 2. 6. 1. in marg.

§. 4. *parentis.* Sic Par. 2. 6. Amb. 2. *parentum* Par. 1.

§. 5. *proferet.* Sic Par. 2. sec. m. *proferat* Par. 1. 2. 6.

§. 7. *feret.* Sic Par. 4. 5. *fieret* Par. 1. 6. *fuerit* Par. 2. sec. m.

§. 10. *provideamus.* Sic Par. 5. 6. *prohibeamus* Par. 1. 2. *et ferocientes eq.* Amb. 2. *efferentes* (sine *et*). Par. 1. 2. 6. *et efferentes eq.* [Frotscherus dedit: *et provideamus efferenti se quosdam frenos quibus coerceamus,* non parum a codicum fide aberrans et infelix in eo quod etiam *frenos provideri* jubet. Nos scribendum existimamus *et provideamus, et efferentem se* (dicendi facultatem) *quasi frenis quibusdam coerceamus.*] *fecerint.* Sic Par. 6. *fecerunt* Par. 1. 2.

§. 11. [E codicum Spald. scriptura *qui singulis vel actionum partibus insenescat* Frotsch. fecit *qui singulis actionum partibus velut insenescat.*]

§. 13. *adductae.* Sic Par. 6. Amb. 2. *abductae* Par. 1. *obductae* Par. 2. sec. m.

§. 15. *intuiti.* Sic Par. 6. *intuitu* Par. 2. 6.

§. 16. *ideoque.* Etiam Amb. 2. *ideo.*

§. 17. *fuit.* Sic Par. 1. 6. *fudit* Par. 2.

§. 18. *sequimur.* Sic Par. 1. 2. *sequemur* Par. 5. 6.

§. 19. *quamlibet properato.* Amb. 2. *quamlibet et properato.*

§. 20. *inertior.* Amb. 2. *incertior.* [*velut offensator fuerit.* His quidem, sicut nunc vulgo leguntur, nemo non

offenderit. Sed quid tandem impedit quominus recte scribatur *offensatus fuerit?* Nam sicut *offendere* et *offendi* dicimus eum qui haeret et dubitat, sic etiam *offensare* et *offensari.* Reliqua utro modo efferantur non multum interest, sed praestare tamen videtur *tardior scribendo aut incertior legendo.*]

§. 21. *altiorem.* Amb. 2. *abtiorem.* *vert. latus.* Sic Par. 2. sec. m., sed Amb. 2. Par. 1. 6. om. [Nihil propius ad codicum scripturam accedere videtur, quam *scindere latus,* neque enim *objurgare,* non adjecto ablativo instrumenti, pro *ferire* est, sed intelligendum aut *aliquem* aut *semet ipsum.* Quocirca Frotscheriano invento *sinum et latus interim objurgare* non utor. *Caedere pectus* ipse Quintil. dicit XI, 3, 123.]

§. 22. *potentissimum.* Sic Par. 6. *potissimum* Par. 1. 2.

§. 23. *respexit.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *propp. fuerat.* Sic Par. 1. 2. *erat* Par. 6. [Nihil igitur e Pariss. codicibus affertur de litterarum illis tricis ante *jucundus,* de quibus Spaldingius laborasse sese nec tamen quicquam invenisse dicit. Sed Frotscherus illud *vim demoni* putabat esse *ut Demostheni* admodum probabiliter litterarum ductus secutus, sed nihil amplius! Nam quod postea Quintilianus Demosthenis exemplo utitur, obstat etiam, ne jam hoc loco illius auctoritas adhibeatur. Mihi quidem ad concinnitatem deesse videtur genitivus, qui opponatur genitivo *studiorum,* et fortasse etiam nominativus, si inveniri possit, cui respondeat *hortator.* Multum versanti locum *vivendi monitor* occurrebat, sed non placebat. Nunc quidem *jucunde vivendi* satis puto, quia non habeo melius: ni tamen tota haec frustra suscepta opera est et *videmoni* nihil aliud est nisi quod post sequitur *videtur* alio et fortasse meliore loco positum.

§. 25. *velut tectos.* Amb. 2. et ipse *rectos.* Itaque simplicissimum videtur esse *velut arrectos,* cogitanti etiam *velut* saepe scribi *velud,* et *ad* in compositione servari; ut fuerit *velud adrectos.*

§. 26. *haud deerit.* Sic Par. 2. sec. m. *aut d.* Par. 1. 6.

§. 28. *impedient.* Sic Amb. 2. Par. 1. 6. *impediunt* Par. 2.

[Ciceroniana ratio postulat coniunctivum *impediant*, sed ab hac regula jam descivit Quintil. usus.]

§. 29. *hoc cog.* Sic Par. 6. *haec c.* Par. 1. 2.

§. 30. *in quod.* Par. 1. 2. 6. *in quo*, recte. *illideret.* Par. 2. *illideretur.*

§. 31. *crebra relatione, quoad.* Sic Par. 2. sec. m. *crebro relationi, quod* Par. 1. 6. et Amb. 2. Hic et *intinguitur.* [Hermannus apud Frotscherum legendum conjecit *crebra relictionis — repetitione*, quod nihil aliud esset quam *crebra relictione.* Mihi *crebra relictione, quoad intinguntur calami, et repetitione* scribendum videtur, intellige *membranarum*, quas manus crebro et relinquit et repetit.]

§. 32. *c. erunt vac.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *c. eum v. adjicienti.* Par. 2. *adjiciendi.* Par. 1. 6. *adjicienda. confundant.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

Cap. IV.

§. 2. *tanquam.* Sic Par. 2. 6. *quasi* Par. 1.

§. 3. *praesentes.* Amb. 2. *praesentis. resumserunt.* Sic Par. 1. 6. et Amb. 2. sed *resumpserunt.* Par. 2. *resumserint.*

Cap. V.

§. 1. *Hoc.* Par. 1. *haec.* Par. 2. *nec. exuberantis.* Sic Par. 2. sec. m. Amb. 2. *imparantibus.* Par. 1. 6. *ex imperantibus.* *est* abest ab Amb. 2. *robustiorum* Par. 1. 2. 6. *robustorum.*

§. 2. *Phryne.* Par. 1. 2. 6. *Phyrne.*

§. 4. *non praes.* Par. 2. sec. m. om. *non.* Par. 1. 6. Amb. 2. *et pr.* hic etiam *audacior. eadem.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *eandem.*

§. 5. *paraphrasim.* Par. 6. *παράφρασιν.* Par. 1. *περίφρασιν.* Amb. 2. non dissentit ab edit. Burm.

§. 6. *post.* Sic Par. 6. *praeter* Par. 2. *esse.* Sic etiam Amb. 2.

§. 7. *An vero.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *an vere. non bis.* Par. 1. 2. 6. *nobis.*

§. 8. *uno gen.* Sic Par. 1. 2. 6., sed Par. 2. sec. m. inser. *tantum.* *viam. Nunc.* Par. 2. inser. *in dicendo.*

§. 9. *aliae atq. aliae.* Amb. 2. *alia aliaeque.*

§. 10. *parari — ex.* Amb. 2. *parare — et — quaeque. Nam in.* Par. 1. 2. 6. om. *in*, item Amb. 2.

§. 11. *virtutis.* Sic Par. 2. sec. m. *virtutum* Par. 1. 6. Amb. 2. *θέσεις.* Par. 1. 2. 6. *thesis.*

§. 12. *de re.* Par. 2. *de reo.* *paratus.* Amb. 2. Par. 1. 2. 6. *gratus.*

§. 13. *recitaverit.* Amb. 2. *recitavit.* *jud. an.* Sic Par. 2. sec. m., sed omittit *an* Amb. 2.

§. 17. *difficile.* Amb. 2. Par. 1. 2. 6. *difficilis.* *digressos.* Amb. 2. Par. 1. 2. 6. *digressus.* [Hoc quidem jam patet, scribendum esse *ut difficilis ab his digressus sit*, sed utrum praeterea cum Frotschero adjicias *se*, secundum illum quidem inter *inanibus* et *simulacris*, an, quod ego maluerim, corrigas *assuescere* pro *assuefacere*, ipse dijudices. Emendatione utique opus est, nam, ut nunc vulgo legitur, impedita oratio ferri nequit.] *consenuerint.* Par. 5. Amb. 2. *consenuerunt.* Par. 2. *consueverunt.*

§. 19. *velint.* Sic Par. 2. sec. m. *velut* Par. 1. 6. *vel in* Amb. 2.

§. 20. *decretoriis.* Sic Par. 2. sec. m. *de rhetoriis* Par. 1. 6. *derectoriis* Amb. 2. *Cestius.* Sic Amb. 2., sed Par. 1. 2. *sextius.* Par. 6. *tertius.*

§. 21. *aut. idon.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. inser. *si.* [*et max. favorabilia* edidit Pottierius, ut vulgo, nec varietatis quicquam adjecit. Utrum sic an *aut* scribas, parum interest; sed quod Spaldingius dedit *ut*, sententiae adversatur. Neque enim quae sunt facillima, eadem maxime favorem excitant.] *loco — fere.* Sic etiam Amb. 2.

§. 22. *materias divid.* Sic Par. 2. 6., sed Par. 1. inser. *sibi.*

§. 23. *Una enim.* Sic Par. 2. sec. m., sed Par. 1. 6. et Amb. 2. om. *quidque.* Sic Par. 2. 6. *quidquam* Par. 1.

CAP. VI.

§. 1. *frequentissime.* Sic Par. 1. 6. *frequentissimus* Par. 2. *nec ubique.* Amb. 2. *non ubique.* *temporis ac loci.* Amb. 2. *temporibus ac loco.* *vacui nec otium.* Amb. 2. *vacuum otium.*

§. 2. *inhaeret — quod — laxatur.* Sic Par. 2. sec. m. *inh. — que — laxatur* Par. 1. 6. Amb. 2.

§. 3. *multo.* Sic Par. 5. 6., sed Par. 1. 2. om.

§. 4. *ut ei tam.* Amb. 2. *ut etiam.* *quam quae.* Par. 1. 2. 6. *quaeque.* *Scepsium.* Amb. 2. *escepsium.*

§. 5. *aliquis.* Amb. 2. *aliqui.*

§. 6. *refutare.* Sic Par. 2. sec. m. *refutari* Par. 1. 6. Amb. 2. *sumus.* Sic Par. 6. *simus* Par. 1. 2. *non soll.* Sic Par. 6. *ne s.* Par. 1. 2. sec. m.

§. 7. *repetimus.* Par. 2. *res petimus.* *si utrumq.* Sic Par. 2. 6., sed Par. 1. inser. *strictius.* Amb. 2. omittit *si. utrumque.* Sic Par. 1. 2. 6.

CAP. VII.

§. 1. *quoddam.* Par. 1. 2. *quid.* Par. 6. *quo.* *amplissimum.* Par. 1. 2. 6. *amplius.* Amb. 2. *primus quidam amplius.* *quod in.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2. om. *in.* *monstrare.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *intrare.* [Verum invenit excellenti judicio Spaldingius. Duplex olim scriptura fuit: *intrare portum*, al. *intra portum accedere*, qua conjuncta et utcunque expleta novus extitit fetus quantocius mergendus.]

§. 2. *statim.* Par. 1. 2. 6. *statimque*, quod cum item in Amb. 2. et omnibus ferme libris sit, recipiendum haud dubie.

§. 3. *imparatus ad casus.* Par. 5. 6. Amb. 2. *aliquando mittere casus.* Par. 1. *aliquando mittetur c.* Par. 2. *mitteretur casus.* [Quin emendatione locus indigeat, nemo dubitare potest. Sed audaciore opus est conjectura, ut verborum constructio constet. Nam quod legitur in Frotscheriana textus descriptione hujus libri, *ut quisquam possit orator aliquando mittere casus*, prope illud quidem accedit ad codicum scripturam; sed verba sunt sine sensu. Quid enim hoc rei est: *nemo*

orator potest aliquando mittere casus? Quin ejusmodi aliquid expectaveris: *ut quisquam sciat orator, qui aliquando incidere possint casus.* Sed hanc ego non dixerim emendationem esse.]

§. 4. *studiorum.* Sic Par. 1. *studio* Par. 2. 6. *consequemur.* Sic Par. 2. *consequimur* Par. 1. 6.

§. 5. *ac secund.* Sic prorsus Amb. 2.

§. 6. *via dicet.* Par. 1. 5. *v. dicetur.* Amb. 2. *viam ducetur.* Par. 2. *viam discet.* Par. 6. *autem aducet.*

§. 7. *effusa sunt.* Sic Par. 2. *eff. sint* Par. 1. 6. Amb. 2. quod videtur praestare. *multa.* Sic Par. 1. 2. *quam multa* Par. 1. (Sic Pottier. sed fortasse voluit 6.) In Flor. non est *quam*, sed *multo* a prima manu et correct. *multa.*

§. 8. *paululum.* Sic Par. 1. *paulum* Par. 2. 6. Amb. 2. *ipsum os quoque concurrit.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *ipsum coit atque conc.*

§. 9. *elocutioni.* Amb. 2. omittit.

§. 10. *oportet.* Omitt. Amb. 2. *sumus.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 11. *irrationalis.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *irrationabilis.* *qua.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *emiserint.* Amb. 2. *miserint.*

§. 12. *sed tumultuari.* Sic. Amb. 2. At Par. 1. 2. 6. *s. tumultuarii.*

§. 13. *video: cum eo quod.* Par. 2. sec. m. *video quod.* Par. 1. 5. 6. Amb. 2. (sine *video*) *cum eo quod.* *freq. acc.* Sic Par. 1. 6., sed Par. 2. sec. m. inser. *enim.*

§. 14. *ait, dictitabant.* Sic Par. 2. 5. 6. traduntur exhibere, sed dubito, nam Amb. 2. *ut Cicero dictitabant.* At *ajebant* Par. 2. sec. m. *dicit ajebant* Par. 1.

§. 15. *sunt al.* Par. 1. *sint al.*

§. 16. *Ad dicendum.* Sic Par. 1. 2. *stimulos habet.* Sic Par. 1. 2. 6. Sed Amb. 2. *addita dicendum etiam pudor stimulos* .. *utrumque videri* omissis reliquis: et habet ista *laus dicendorum* nonnihil offensionis. [Nihil igitur de *concentu* an *congestu signorum*, sed abunde pro illo testium optimorum est, neque *congestum signorum*, id est aciem confusam et inordi-

natam, quicquam ego facere ad animos militum augendos existimarim.]

§. 17. *praemium.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *pretium.* *spectant.* Par. 1. *exspectant.*

§. 19. *non ipsum tam.* Par. 2. sec. m. *i. n. t.* Par. 1. 6. Amb. 2. om. *tam.*

§. 20. *tantam — fiduciam.* Sic Par. 2. 6. *tanta e. u. fiducia* Par. 1. Amb. 2. *velim.* om. Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 22. *si consequi.* Par. 1. 6. om. (intellige verbum *consequi*, ut et Amb. 2.) *si sequi* Par. 2. sec. m.

§. 23. *potius.* Sic Par. 2. sec. m. *protinus* Par. 1. 6. Amb. 2. *quo volent.* Par. 1. 2. Amb. 2. *qui v.*

§. 24. *labitur.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *capitur.* *paululum.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *paulum.* *simus.* Sic Par. 6. *sumus* Par. 1. 2. *quisque.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 25. *Est illa.* Par. 1. 2. 6. *est alia,* recte, et miror cur Spald. eo non sit usus potius quam corrigere voluerit. *intra se ipsum.* Par. 2. sec. m. om. *se.* Par. 1. 6. Amb. 2. *contra ipsum.* *et tempore.* Par. 1. 2. 6. om. *et.* *et loco.* Par. 2. om. *et.* Par. 1. 6. *re loco.* Amb. 2. *est tempore te* sicut Guelf.

§. 26. *in alia.* Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 27. *lucrativae.* Sic Par. 2. 6. Amb. 2. *lucri vel* Par. 1. [De C. et Cn. Carbonibus, altero eloquentiae, altero rei militaris studioso, cf. Ellendt. in Prolegg. ad Ciceronis Brutum p. 37.] Verba *aut ad legendum* desunt etiam in Amb. 2.

§. 28. *loquemur.* Sic Par. 2. 6. *loquimur* Par. 1. *innatans.* Par. 1. *ima trans.* Par. 2. *intrans.* Amb. 2. *una trans.* *reducetur.* Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *reducatur.* *amputant.* Amb. 2. *amputent.* *ducant.* Sic Par. 1. 2. *ducunt* Par. 5. 6. Amb. 2.

§. 29. [*an utrumque.* Recte Frotsch. Campani editionem secutus *an si* restituendum censuit. Neque enim *curā aliquid facere* sine praepositione ferri potest.] *anniti.* Par. 2. sec. m. *vincere.* Par. 1. *miscere.* Par. 6. *inere.* Amb. 2. *inicere.*

§. 32. *mihi, quae.* Par. 1. 2. sec. m. inser. *hoc ne in iis.* Par. 6. *ne in iis.* Amb. 2. *ne in his.* *in summas.* Par. 1. 2.

6. vel l. s. *sive commentarios*. Par. 2. *in comm*. Par. 1. 6. Amb. 2. *in commentarium*. [Wolffius *vel in iis, quae scripserimus, summam in commentarium et capita conferre*, Fretsch. *nec in his, quae scripserimus, velim summas in commentarium et capita conferri*. Mihi nihil horum satis placet, neque fero istud *in his*, quod debebat esse *eorum*. Fortasse *ne in his* nihil aliud est nisi repetitum *mihi*, quod a negligentia horum librariorum non videtur alienum esse. Reliqua confusa sunt, quae si liceat ad arbitrium ordinare, velim sic: *velut summas et capita in commentarium conferre*.] *discendi*. Amb. 2. *ediscendi* (sine *et*)*, quo ducunt etiam reliquorum librorum scripturae. *quod simus*. Sic Par. 1. 2. 6. [Sed non possum non Wolffii judicium probare, interjiciendum esse *non* ex Turic. *Scribere* enim hic est accurate componere, et quae sic stilo persecuti erimus, ea negat Quintilianus denuo extemporali actioni committenda esse.]

§. 33. *dicenda*. Par. 1. 2. *dic. de his*. Par. 6. *dic. de his quae sunt*. Amb. 2. *dic. de is quia sunt*.

Lib. XI.

Cap. I.

§. 1. *superiore*. Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2. *quaeque est meo*. Sic Par. 1. 2. *necess. Nam*. Sic Par. 1. 2. 6. Amb. 2.

§. 6. *neque vel*. Par. 1. 2. 6. *nec v*. *in incip*. Par. 1. 2. 6. om. *in*. *digerenda*. Sic Par. 1. 2. *dirigenda* Par. 6.

§. 7. *majus*. Par. 1. 2. 6. *magis*.

§. 8. *deceat*. Sic Par. 1. 2. 6.

§. 10. *posterorum*. Sic Par. 2. *posteriorum* Par. 1. 6.

§. 11. *obtulisset*. Sic Par. 1. 2. 6. *judicasset*. Amb. 2. *judicavisset*.

§. 14. *evenit.* Par. 1. 2. 6. *eveniet,* *deceat, facere.* Par. 2. sec. m. *decet f.* Par. 1. 2. 6. *d. quadere.* *honeste: contraq.* Sic Par. 1. 2. 6. *plerumque.* Sic Par. 1. *plura* Par. 2. 6. *excusata.* Sic Par. 1. 2. 6.

§. 17. *in veris.* Sic Par. 1. 2. 6.

§. 18. *fecit.* Par. 1. 2. *facit.* *in consulatu.* Par. 2. sec. m. 6. *consul.*

§. 19. [*Si judices.* Non placet Spald. crisis: siquidem *quid est* et *iudices* tam parum inter se differunt, ut ob eam varietatem locum Ciceronianum et sententiam jam absolutam quodammodo in vulg. pessundare nolim. Quintil. sic potius et hic et infra 3, 97 scripsisse videtur: *si quid est ingenii in me.*]

Quo ingenio minus. Par. 1. 6. *quod i. m.* Par. 2. *quia i. m.*

§. 21. *aliena.* Sic Par. 2. sec. m., sed Par. 1. 6. om. *in jact:* Par. 1. 2. 6. om. *in.* [quod Spaldingius, nimiam in eiusmodi rebus mendosis codicibus fidem tribuens, immerito recepit.] *se nobilis.* Par. 1. 2. 6. inser. *neget.*

§. 24. *et O.* Sic Par. 6., sed Par. 1. 2. om. *eum docuit.* Sic Par. 1. 6., sed Par. 2. inser. *omnes.*

§. 28. *loco neg.* Sic Par. 1. 2. 6. *vobis.* Sic Par. 1. *his* Par. 2. sec. m. 6.

§. 29. *reprehendendus.* Par. 1. 2. *reprehendas.* Par. 6. *rependens.* *quo ab ipso.* Par. 1. 6. om. *ab.* Par. 2. sec. m. *ex quo ipso.* [Locum mendosum esse vix poterit quisquam negare. Quae enim sordes istae: *a quo* (ne quid dicam de conversione *quo ab*) *mentis habitu manifestum est?* et quis adhuc *mentis* habitus dictus est? orationis potius immodestia fuit, ex quo scriptor ait conjecturam de moribus fieri posse. Vide igitur an sic probabilius processurum sit: *et, quo ipsorum mentis habitus manifestus sit, — nihil pensi habere.*]

§. 35. *proposuerit.* Sic Par. 2. *proposuerint* Par. 1. 5.

§. 38. *tragicos comicosque* Par. 1. 2. 6.

§. 41. *mutarum.* Sic Par. 2. sec. m. Par. 1. 6. *multarum.*

§. 43. *tantum.* Sic Par. 1. 2. 6.

§. 44. *judicibusque.* Sic Par. 1. *judiciisq.* Par. 2. sec. m. Par. 6. *judicibus.* *vana.* Par. 6. *una.*

§. 45. *quanto.* Sic Par. 2. sec. m. 6. *quin* Par. 1. 2.

§. 54. [*unde se in medium — miserit.* Offendor hac dicendi ratione, *se in medium mittere*, quam Spaldingius non explicat, Wolffius ait esse se in animos auditorum insinuare. At vehementioris affectus est *se mittere*, neque opus est ut se insinuet, cum auditorum animos paratos habeat. Malim igitur *in odium*, ut sit: quando tandem odisse incipiet, quando se in odium effundere?]

§. 56. *cum jus.* Sic Par. 2. sec. m. Par. 1. 6. *cujus.*

§. 57. *contra quos.* Sic Par. 2. *circa q.* Par. 1. (?) 6.

§. 58. *valetudine.* Sic Par. 2. 6. *valetudinem* Par. 1. *ips. loq. qu.* Sic Par. 1. 2. 6.

§. 59. [*causanti si displicet*, uti sane displicere debet ἅπαξ λεγόμενον, in promptu est emendatio *accusanti*, quam obtulit mihi juvenis bonarum artium cupidissimus Rob. Schrammius Silesius.]

§. 61. *Habiti.* Sic Par. 1. 2. 6. *Sassiam.* Par. 1. 2. 6. *Sasiam.*

§. 64. *infesta.* Sic Par. 2. *infeste* Par. 1. 6. *fuerit.* Sic Par. 6. *erit* Par. 1. 2. *culpam.* Sic Par. 1. *culpa* Par. 2.

§. 65. *possumus.* Sic Par. 1. 2. 6. Sed nihil de *non*, utrum sit in Pariss. libris an non sit. Ipse autem habet Pottierius in textus descriptione.

§. 67. *dignitatibus.* Sic Par. 2. sec. m. *dignationibus* Par. 1. 2. 6.

§. 68. *mederi.* Sic Par. 2. sec. m. *videri* Par. 1. (?) 6. *me videri* Par. 2.

§. 71. *poterit.* Par. 1. 2. 6. *potuerit.*

§. 72. *si in.* Sic Par. 2. sec. m. *nisi* Par. 1. 6. *sit — sic dicendi.* Sic Par. 2. *sit — sit dicenda* Par. 1.

§. 73. *causa justa.* Par. 1. 2. *et justa.* *sit fatendo.* Par. 1. *sit faciendo.* Par. 2. *sic faciendo.* Ceterum Pottierius de conjectura edidit *Verum et justa* (nimirum, ait, a Caesare et Pompejo) *sic faciendo* d o c e t non *se de ing.* rel. Equidem nescio an satis esse putem *Verum excusat se fatendo.* Excusat enim se, quod, qui olim contra illos dixerit, nunc eorum

causam defendat, et hoc dum facit, vereri se dicit, ut fides sibi habeatur defendenti, ne judices fictam illam potius et oratoriis artificiis constructam defensionem putent, quam ex animo profectam. Sed malle se virum bonum haberi quam bonum oratorem: vere cum illis redisse in gratiam, sibique persuasisse falsa esse, quae in eos conjicerentur crimina.]

§. 75. *quod aut.* Sic Par. 1. 2. *propter — suum.* Par. 1. 2. *propter aliquod suum c. in causa q. s. aut sunt.* [Violenta Spald. emendatio, sed, ut sententia constet, paene necessaria. Nec lenior Wolfii *apud jud. vero, qui aut propter alius commodum alienus sit a causa, aut suum.* Fortasse Spaldingiana paululum etiam hac ratione adjuvari possit, si pro *qui aut ira aut propter aliquod commodum — alienus sit (fuerit)*, scribatur *apud jud. vero, ira aut propter — alienum.*

§. 76. *Hoc et ap.* Sic Par. 1. 2.

§. 77. *ead. causa.* Sic Par. 1. 2. *cognoscatque.* Par. 1. 2. *cogatque.* *quam ipso.* Sic. Par. 1. 2.

§. 78. *lat. probat.* Sic Par. 1. 2.

§. 79. *reperitur.* Sic Par. 1. 2.

§. 80. *ait.* Par. 1. 2. *aut.*

§. 81. *incusare.* Sic Par. 1. *accusare* Par. 2. *indicis.* Par. 1. 2. *judicis.*

§. 82. *pater — matrimonium.* Par. 1. 2. *p. ex meretrice in matrimonium.* Par. 2. sec. m. *p. ex meretrice natum, quod amet meretricem.* *et filia.* Par. 1. 2. inser. *si.*

§. 83. *praetereo.* Par. 1. 2. *praeterea.*

§. 84. *inest.* Sic Par. 2. *est* Par. 1. [Aut non intelligo harum spurcitiarum conditiones, aut scribendum est *verecundius non est passis*; sic enim explico: hoc injuriae genus utique significandum potius quam describendum est, quia, sive quis fecit sive passus est, aeque inverecundum est dictu.]

§. 85. *cohaerere.* Par. 1. *coercere.* Par. 2. *coerceri.* *Assecutus.* Par. 1. 2. *secutus.*

§. 86. *jocis.* Sic Par. 2. sec. m. *locis* Par. 1. *vel. lib.* Sic Par. 1. 2.

§. 87. *reprehendens.* Par. 2. *rependens.* Par. 1. *pendens.* *Sic cupidos milites.* Par. 1. 2. *si cupidum.*

§. 89. *rem. cura.* Sic Par. 1. 2.

§. 90. *moderatione.* Sic Par. 2. sec. m. *moderatio* Par. 1.

§. 91. *sentiri.* Sic Par. 1. *servari sentirique* Par. 2. *ut in cibis.* Par. 1. 2. *in cibis iis.*

§. 92. *fere.* Par. 1. 2. *fiant.* *cum te.* Par. 1. 2. om. *cum.* *non id.* Sic Par. 1. 2.

§. 93. *modo.* Sic Par. 1. 2. *eminet Cic.* Par. 1. 2. inser. *et.*

Cap. II.

§. 1. *inanis est.* Par. 1. 2. om. *est.* *repraesentat.* Par. 1. 2. *praes.*

§. 2. *ea, quo.* Sic Par. 1. 2.

§. 3. *nec alio.* Sic Par. 1. 2. *interim.* Sic Par. 2. sec. m. *autem* Par. 1. 6. *inventione.* Par. 1. 2. *intentione.*

§. 4. *quid sit quod.* Sic Par. 2. sec. m. *quidquid* Par. 1. *vest. animo.* Sic Par. 1. 2. *animo vel.* Sic Par. 1. 2. *ceris.* Par. 1. 2. *gyris.* *ut quasi — naturam, subito.* Par. 1. 2. *ut quam h. t. f. m. f. p. ea a. quoque ad an. pertinere m. admirere n. s.* [Locus sane corruptus in mss. legitur, neque tamen veterem emendationem reprehenderim, praeterquam quod placet *admirari subit.*]

§. 6. *agnoscunt.* Sic Par. 2. sec. m. *cognoscunt* Par. 1.

§. 7. *nisi hoc.* Par. 1. 2. inser. *in.*

§. 9. *possimus.* Par. 1. 2. *possimus.*

§. 10. *ediscendi causa.* Sic Par. 2. sec. m. *ed. sint* Par. 2. *ediscenda sint* Par. 1. *cogitatione.* Sic Par. 2. sec. m. Par. 1. 2. *cogitationes.* [Quid si scripseris *ediscendi sine cogitatione*? i. e. sine consilio ediscendi, ut *ipsa* sit sola mentis intentio.]

§. 11. *abnegatam.* Sic Par. 1. *abnegata* Par. 2. *partem.* Sic Par. 1. *pars est* Par. 2.

§. 12. *deos.* Par. 1. 2. *eos.*

§. 13. *confudit.* Sic Par. 1. *confundit* Par. 2. *ordine.* Sic Par. 2. *ordinis* Par. 1.

§. 15. *alio.* Sic Par. 1. *illo* Par. 2.

§. 17. *Simonidis.* Sic Par. 2. *Simonides* Par. 1. *notatum.* Sic Par. 2. *notavit* Par. 1. *credere.* Sic Par. 1. 2.

§. 18. *discunt.* Par. 2. *discuntur.* *notabile.* Par. 1. 2. *nobile.*

§. 19. *complectuntur.* Par. 1. 2. *complectitur.* [Sed *et* ejiciendum, ut sententia procedat.]. *aliquo.* Sic Par. 1. 2.

§. 20. *digerunt.* Par. 1. 2. *diligere.* *prim. sensum.* Par. 2. sec. m. addit *vel locum.* Par. 1. *bellocum.* *sec. atrio.* Par. 1. 2. inser. *puta.* *statuis.* Sic Par. 2. *status* Par. 1. *choro.* Par. 1. 2. *corio.* [*Chorus* adeo displicet, ut multo malim *corium,* i. e. exterius quoddam indumentum, quo et teguntur et conjunguntur singulae partes et quasi membra.] *ne errent.* Sic Par. 2. sec. m. *onerant* Par. 1.

§. 21. *ut urb.* Sic Par. 1. *et urb.* Par. 2.

§. 23. *pulvinum.* Par. 1. 2. *populum.*

§. 24. *utcunque.* Par. 1. 2. *utrumque.* *locus.* Sic Par. 2. sec. m., sed Par. 1. om. *sed — habiti.* Par. 1. 2. *s. cum — habitu.* *comprehendetur.* Sic Par. 2. *comprehenditur* Par. 1.

§. 26. *Charmadas.* Par. 1. 2. *Carneades.*

§. 27. *distinguent.* Sic Par. 1. 2. *ni f. t. num.* Sic Par. 1. 2.

§. 29. *ut si erit — notae.* Par. 1. 2. *ut s. e. tradendus ad h. e. q. a. remedium utitur ut i. n.* [Sufficere videtur ad restituendum locum, si pro *ut* corrigatur *aut*, et *quoque eo* transponatur: *aut, si erit tardus ad hoc quoque, eo adhuc remedio utatur, ut.* Nam *ipsas notas* dicit aspectum notarum, quo memoria excitetur.] *Hoc enim est.* Par. 1. 2. *hinc est.* *attendere signa.* Par. 1. 2. *attentus.*

§. 30. *cur id.* Par. 2. sec. m. *cum id.* Par. 1. 2. *cum his.*

§. 31. *et in Ursis.* Sic Par. 1. 2. *si — inseri.* Par. 2. sec. m. *s. debent i.* Par. 1. 2. pr. m. *s. debet misceri.* [E vestigiis meliorum codd. scribendum videtur *sed haec miseri* intell.

hominis parum ingeniosi sunt. Sic lib. IX, 4, 112 *Nam id cum miseri tum in minimis occupati est.*]

§. 32. *Sequitur.* Par. 1. 2. *sequuntur.* *intuetur.* Par. 1. 2. *intuentur.* *qui tum.* Par. 1. 2. *quae t.* *deerrare.* Par. 1. 2. *errare.*

